

Universitätsbibliothek Wuppertal

**Danielis Chamieri Delphinatis Panstratiæ Catholicæ, sive
Controversiarvm De Religione Adversvs Pontificios
Corpvs.**

Tomis quatuor distributum. : cum indicibvs necessariis.

De Homine Corvpto et Instavrato

Chamier, Daniel

[Frankfurt], 1627

Liber decimusoctavus, De gradibus impedientibus matrimonium, et de
repudiis

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

urn:nbn:de:hbz:468-1-885

nulla repudium domus scripsit? At nunc in feminis pre auro nullum leue est membrum, pra' vino nullum liberum est osculum: repudium vero iam & votum est, quasi matrimonij fructus. Vener. (Ex vixit iste temporibus Pauli) de beneficiis lib. 3. c. 16. Nunquid iam ulla repudio erubescit, postquam illustres quædam, ac nobiles feminæ, non consulum numero, sed maritorum, annos suos computant, & exent matrimonij causa, nubunt repudij? Tamidu' istud timebatur, quandiu rarum erat. Quia vero nulla sine diuortio acta sunt, quod sape audiabant, facere didicerunt.

X X X I V . Superest tertium argumentum . Patres omnes ; inquit ,
vniuersitatis virorum intellexerunt , qui plures non habuerit successiue . O-
mnesne ? Nego : Plurimos concedo . Terullianum , Epiphanium , Am-
brosum , Hieronymum , Augustinum . Sed Chrysostomum , iminerto il-
lis Bellarminus adscripsit , solens suo more delusus interprete Latino . Nam
Græce , εἰ τετοῦ ἐγκαίρους αὐτοῖς οὐλαζόντοις σύναψεῖς μὲν θεοτέρων γάμου τὸν
ἀεχούσιον ταῦτα διὰ πολὺν αὐτοῦ θεοτέρων μηδεμιαν φυλαξεῖν θέλειν ,
πᾶς δὲ καὶ τὸ γένος τοῦ πολυτελοῦς τοῦ θεοτέρου , παντεστὶν κατηγορεῖσθαι τὸ παι-
τεῖον ; οὐδὲν εἴη μη κεκριθεῖν πατρῷον τοῦ θεοτέρου οὐλαζόντον γάμον , αὐτὸν
πολλοὺς εἰσετοπορεύεται κατηγορεῖν . Hæc Latine verrit Ambrosius Camal-
dulenensis , Castigat hoc ipso etiam impudicos , dum non eos permisit post se-
tundas nuptias ad Ecclesiæ regimen dignitatemque Pastoris assumi . Nam , qui
defunctæ uxori benevolentiam nullam seruasse reprehenditur , quo pacto hic
Ecclesiæ præceptor , esse optimus poterit ? Imo , quibus criminibus non jubil-
cietur in dies ? Nostris enim profecto omnes , quod et si per leges secunda nuptia
permittuntur , multis tamen ea res accusationibus patet . Cur defui et am di-
xit ? Nam Græce πατέρος significat eam , quæ discessit : quomodo , quæ
pars dabat repudium , διποιντος , dimittere . Tum autem , quomodo
congrueret id , quod additur de non seruata benevolentia ? Aut quis an-
sit pronunciare omnes , qui post viduitatem nubunt , nulla vños bene-
volentia in defunctam ? Abrahamum , inquam , in Saram , cui de-
functæ Ceturam induxit ? Nam Theodoretus in tertium prioris ad Ti-
motheum , Si ipse priore expulsa uxore , fuissest alij coniunctus , dignus es-
set qui reprehenderetur , & iure esset accusationi obnoxius . Sin autem vis
mortis priorem disunixerit , urgens autem rerum natura , ut secunda uxori
coniungeretur , coegerit , non ex voluntate , sed ex casu processit secundum
matrimonium . Nam & ipse Theodoretus in iis est , vtante dixi , qui non
improbant Episcopum fieri , qui vxores habuerit successiue plures . Sed
illud Chrysostomi , Etsi per leges permittuntur , multis tamen accusationi-
bus patent , quis potest de nuptiis successiuis dicta putare ab Episcopo Chri-
stiano , ab Episcopo Catholico , cuius erat scire , teste Paulo , eas contrahi in
Domino ?

XXXV. Quare nihil est omnino quod obstet, quominus securi con-
cludamus, intolerandam esse tyrannidem in Ecclesia, & quæ
primas, & quæ secundas, dummodo successi-
uas, nuptias prohibuit clericis eu-
iuscunque sicut or-
dinis

FINIS LIBRI DECIMI SEPTIMI

LIBER DECIMVS OCTAVVS,

De,

GRADIBVS IMPEDIENTIBVS MATRIMONIVM, ET DE REPUDIIS.

Caput Primum.

DE COGNATIONE.

HACTENVS satis multa de Clericorum coeli-
batu. Breuiores erunt disputationes de Cognationibus, & Liberis. Et de Cognitionibus di-
sputantes legi Theodorum Bezam, libro de Po-
lygamia & Diuortiis: Petrum Martyrem in lo-
cis Communibus, Clase secunda, capite deci-
mo: Chemnitium Examinis Tridentini tomo se-
cundo in loco de Matrimonio. Rhuardum Tap-
perium Articulo vigesimo, Bellarmimum de Ma-
trimonio, libri primi capite vigesimo quarto, & deinceps, Archangelum Rubeum Cremonensem, opere de Sacramentis in distinctionem quadra-
gesimam secundam, quarti Sententiarum, Cotonum, Institutionis
Catholicae libri tertij capite sexagesimo quinto & sexto, Dominicum à
Soto, in quartum Sententiarum, distinctione quadragesima, quæstione
vnica.

II. Cognitionis nomen accipio late , pro nexus , quo homines inter se
deuinciuntur iure familiæ secundum originem , in tanta multiplicatione
generis humani : et si nonnulli subtilius definitant , neque sine ratione , cui &
ipse libens acquiescam , sed illa mihi notio tractanti Controversias visa com-
modior . Nam Papistæ etiam latius vñ sunt , qui distinxerunt Spiritualem
& Carnalem . Hanc proprie , quam nos definiuimus : illam , alterius cuius-
dam generis , quam fingunt contrahi per Baptismum & Confirmationem .

Quia enim moris est iam pridem in Ecclesia, Baptismo offeriti infantes, non à parentibus, sed ab alijs quibuscumque pro arbitrio eorum, in quorum potestate illi sunt; imaginati sunt otiosissimi, imo superstitionisissimi homines, cognationem contrahi. Et, quia confirmationem, quasi secundum quemdam baptismum esse voluerunt, eadem seruata curioſtas est. Qui offerunt, tum inter ſe, tum ad parentes oblati, dicti ſunt compatres mares, fœminæ commates. Ad ſuceptum autem, Patrī, & Matrī. Infans denique, Filiolus, vel Filiola.

III. Decretum est in eam rem Tridentinum sessione 24.c.2.de Reformatione, Sancta Synodus statuit, ut unus tantum, sive vir, sive mulier, iuxta sacramentorum Canonum instituta, vel ad summum unus, & una, baptizatum de Baptismo suscipiant: inter quos & baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem neconon inter Baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem & matrem tantum, spiritualis cognatio contrahatur:

IV. Cognatio, quam carnalem appellant, distinguitur in Consanguinitatem, & Affinitatem: *οὐγήνεια* Græci dicunt, & *αὐγήσια*. Illa est à generis multiplicatione perpetuo per semen, per quod fit unus eiusdemque sanguinis communio. Eius initium, atque a deo fundamentum, Pater, siue Mater: uterque tamen seorsim. Idemque Stirps, siue stipes, siue truncus dici solet: & qui inde deducti, rami. Consideratur autem Declivis, à stipite ad ramos: Acclivis, à ramis ad stipitem. Descendentem vulgo dicunt, & Ascendentem.

IV. Est

LIBER DECIMVS OCTAVVS, CAP. II.

2

V. Est directa, vel collateralis. Directa, qua per directam generationem singulorum filiorum filiarum usque semper, ut Adam, Ser. Enos, Cainan, Malaleel, &c, deinceps in infinitum: Geneeos quinto. Item, Cain, Irad, Meiuael, Metusael, Lamec, Genes. 4. Nam in his semper posterior filius est precedentis proximi. Nomina supra patrem ascendendo, auus, proauus, abauus, atauus, tritauus: infra patrem descendendo, filius, nepos, prenepos, abnepos.

V I. Collateralis, Græcc ἡγετις, quæ ab eodem patre deducitur per binos liberos, qui fratres dici solent, & sorores. Nam etsi plures multo cuique esse possint liberi, tamen cognatio binos tantum computat. Sic, quia Seto & Caino communis pater est Adam: dicuntur ipsis inter se Consanguinei collaterales: & quicunque in directa cognatione Caini, collaterales item consanguinei sunt, tum Seto, tum Seti posteris quibuscumque & contra.

VII. Sed nomina sunt tantum à fraternitate eorum qui in linea directa : & quidem varia pro va io sexu. Patruus est patris frater : Amitiusdem soror : Auunculus matris frater : Materteræ soror : Patruelis patruifilius vel filia : Amitinus, amitæ filius : Amitina filia : Consobrinus, Patru, vel Auunculi, vel amitæ, vel materteræ filius: Consobrina eorundem filia. Sobrinus filius eius qui patri consobrinus est, vel matri : sobrina, eiusdem filia.

VIII. Affinitas, ~~et~~ est cognatio contracta per nuptias: ~~h~~ eis inter se sunt
cognati, & ex istis cognationibus. Itaque eius fundatum, Vir, & vxor, non seorsim, sed simul
ambo. Contrahit autem inter alterutrum coniugem, & alterius consanguini-
neos directos. Abrahimo filij fuerunt Isaac, & Iacob. Nupsit Isaaco Rebec-
ca, filia Batuelis, soror Labani. Isaac filii Iacob & Esau: Labano, Lia, & Ra-
chel filiae. Affines fuerunt Isaac, Batuel, Laban, Lia, Rachel: Rebecca vero,
Abrahamus, Ismael, & quicunque ab Ismaele. Ruisus, Ismaeli, Labanoque,
Iacob, Esau, Lia, Rachel. Denique affines sunt vni coniugum, quicunque alteri
consanguinei.

IX. Nominia. Sacer, mariti vxoris sue pater. Socrus, mariti vxoris se mater. Vitricus, maritus vxoris, nec tamen pater. Nouerca, vxor patris, nec tamen mater. Priuignus, vxoris filius ex alio viro: Priuigna vero filia. Gener filiae maritus. Nurus, filij vxor. Leuir, mariti frater: Glos, soror, Sororius, sororis maritus: Fratris, fratris vxor.

C A P. II.

De Gradibus, in directa linea.

I. Radus , est Cognitionis mensura secundum propinquitatem . Lin-
Gnea est graduum numerus sive series . Et secundum plures paucio-
res gradus , propinquitas , indeque cognatio maior vel minor : vt scilicet
cognatio maior vel minor , cuius pauciores gradus numerantur , minor,
cuius plures . Differunt autem gradus , vel numero tantum : vel etiam ge-
nere . Número , quorum eadem definitio , vt Adami ad Eaosum , & Cai-
ni ad Iradum , gradus sunt diversi tantum numero , quia uterque est Aui ad
Nepotem . Genera autem differunt , quorum non tantum numerus est aliis
sed etiam diuersa definitio . Sic Adami ad Enosum , non idem gradus , qui
Adami ad Setum : quia ille , aui ad nepotem : hic , patris ad filium . Sic non idem
consanguinitatis gradus , & affinitatis : non consanguinitatis directæ ,
& obliquæ .

11. In Cognitione directæ Consanguinitatis numerus graduum difficitatis nihil habet. Consentunt omnes, esse totidem quot personas, vna minus. Quod quare sit obscurum visum Bezx, ego quidem causam non video. Est enim cognatio, duarum personarum quædam relatio. Itaque, quemadmodum in Mathematicis progressionibus termini sunt semper vno plures, quam rationes; sic in cognitione esse oportet: neque enim aliter constaret personarum combinatio. Nam quod queritur: non exprimi personam, quæ sit excludenda: respondet, neque illi fuisse quærendum: neque Bellarmino respondendum, excludi stipitem. Nam absurdum est, villam excludi personam: cum gradus non sit persona, sed relatio personarum, quæ nulla consistere potest, nisi posito viroque termino. Itaque etsi Patris & filij, duarum personarum, dico vnum esse gradum: Patris, Filij, Nepotis, trium personarum, duos gradus; nego me Patrem excludere: quia, hoc excluso, remaneret vel filius solus: ac tunc nullus gradus: vel Filius, & nepos, & tum non duo gradus. In hac igitur linea, Adami, Set, Enos, Cainan, Malalcel, Iared, Henoc, Methusalem, Lamec, quæ directa est consanguinitas, personæ cum sint nouem, gradus sunt octo: & Lamec distare dicitur ab Adamo, gradibus octo, nulla tamen de ponte deiecta persona.

III. Genealogiam Christi directam recensuerunt Matthæus & Lucas, sed ille ~~genos~~ ~~genos~~ declivem, iste ~~acclivem~~ acclivem. Matthæus, sic cap. 1. Abram genuit Isaac: Isaac autem genuit Jacob: Jacob autem genuit Iudam. & fratres eius. At Lucas c. 3. Iesus, qui fuit filius Joseph: qui fuit Heli, qui fuit Mattath, qui fuit Amos, qui fuit Nahum, & deinceps. Est autem illa declivis ratio magis naturæ accommodata, ideoque visitatior. Vnde apud Mosen ubique obvia & initio libri Paralipomenon.

I V. Sed in Matthæo scrupulus est , qui et si ad nostras Controuer-
sias non pertinet , tamen quia nascitur ex comparatione graduum , digna-
est , quam hoc loco , tanquam ~~id est~~ ~~neglectus~~ , non relinquamus neglectam .
Matthæus recitata vniuersa genealogia , *Vniuersa* , inquit , *Jesus* , ab *Abra-*
ham usque ad *Dauid* , *Jesus* quatuordecim : & à *Dauid* usque ad deportatio-
nem *Babyloniam* , *Jesus* quatuordecim & à deportatione *Babylonica* , usq; an-
Christum , *Jesus* quatuordecim . Vbi manifestum , tot *Jesus* numerari , quo-
personas : contra quam nobis obseruatum gradus numerandos uno minus
quam personas .

V. Sed nihil est admodum difficile. Hebreis vocabula sunt duo וְרֹד
& מִרְדָּה sue & מִרְדָּה, quæ Græci Interpretæ expressæ voluerunt per *glossam*
Genes. 6. Noe vir iustus & integer בָּרוּךְ תְּהִלֵּת יְהָוָה אֲבָנָה, in generatione sua
Exod. 3. בָּרוּךְ הוּא זֶבַר לְדוֹן יְהָוָה עַמְּגָדָיו וְעַתְּרָיו עֲנָכָא: memoriale meum in genera-
tione, & generatione. Gene. 25. Hac sunt nomina filiorum eius. פְּתַח

XV *meis regna tuorum auctoritatis vocabulis & generationibus suis. Trigesimus
primo: Reuetere in terram patrum tuorum קָרְבָּלָה וְאַתְּ בְּעֵדֶן וְאַתְּ
ad generationem tuam.*

V. Atqui inter utrumque illud vocabulum Hebreum πόλιν τὸν οἰκούμενον. Scilicet enim per γῆν ætatem potius significari, quam generationem, id est, relationem cuiusque hominis ad tempus, potius quam ad origi-

Quo etiam sensu *veritas* nomen *vstatissimum*, ac ferme perpetuum. Matthæi 11. *τι ἡ ἐποίησεν τὸν ἀνθρώπον, cui assimilab⁹ genera-
tionem hanc?* id est, homines huius siue ætatis, siue seculi, siue tempo-
ris. Marcii 13. *Ἐὰν ἡμίλεως οὐ πάτερ τοῦτον, non transibit generatio hac,* id est,
qui nunc viuunt. Lucæ 1. *ἡ μὲν ἀληθὴς ἀνὴρ εἰς ἀνθρώπους: Ἐπι-
misericordia eius ἀπόγονοις in progeniem.* B. za, ut sensum hunc exprimeret, duobus pro-
ximis locis, ætates dixit, non generationes. Sicut apud Herodianum libr.
3. *Politiaaus, decursu, inquit, trium statio etatum, quod erat Graece, τριῶν
χρονῶν Διδούμενον:* de ludis nimirum secularibus, quos nec vidisse haec-
nus quicquam, nec porro visurus esset. Sed apertissime apud Herodo-
tum libr. 2. *Αἴγυπτοι τοι καὶ οἰκτίπεις ἔλεγον δύο εἰκασίατες δύο το πέντε βασι-
λεῖς οἱ Ἑ. Η φαίστε τελική τοι τον θεούς τον Βασιλεύοντα, πολὺ το νη-
ποταρεγνυτοι καὶ τελεγοτε γενεαρρών, καὶ εἰ τελεγοτε εξεπιστει καὶ βασιλε-
ας επαύεται τον τύπον γενεθλίου: Ἐγύπτιοι οἱ sacerdotes referebant demonstrantes
ἀ primo rege ad Vulcani sacerdotum hunc, progenies hominum fuisse trecentas
quadragesima unam: Ἐπι τοι διερεποντει, τοι διερεποντει reges. Diony-
sius Halicarnasseus, libro primo ex Cephalone refert Romanum conditam,
θεοτεραγνυτον τον λαον πολεμησαντινum à Remo Aenei filio. Vnde mani-
festum, in quolibet cognationis directæ gaudiu duas esse partas, totidem*

VII. At **הוֹלֶדֶת** proprie hanc nostram consanguinitatem significat, id est, relationem posteriorum ad priores secundum cognitionem: & usitatis exprimitur per **γένεσιν**. Genes 5. **Hic liber** **וְלִי** **בָּנָוֹת**, generationis Adam. Sexto, **בָּנָוֹת** **וְלִי**: ut rur alii antea Noe: ha sunt generationes Noe. Exodi 28. **לְדַתְמָבָת**, **אֲבָתָה**: **בָּנָוֹת** **וְלִי**: iuxta ordinem nativitatis eorum.

VIII. Hæc si obseruentur, nihil est in Matthæo scrupuli. Nam Matthæus non gradus numerat cognationis, qui vno pauciores erant, sed personas, siue personarum ètates. Itaq; cum initio dixisset Beza & multos, id est, ut Moyses loquitur, γένοντας post πάτερνον, mutato vocabulo, quod magis respondet Hebræo 7. Quam diueritatem Beza volevit non omis- sam, qui illud reddidit, *Liber generationis*, at illud, *Vniverſa digitur progenies* et quanquam haud scio utrum inclusum nam progenies æque ac generatio videatur magis originem respicere, quam ætatem.

I X. Sed Iesus est perspicuus numerari ab Abraham ad Christum tet
quaternas denas generationes , id est , hominum ætates : quomodo
Neftorem dicunt vixisse tres ætates : quia *p̄m̄ v̄s̄ q̄m̄ r̄n̄ s̄p̄n̄*. Et
forte ea cauſa omiſſarum Mattho aliquor personarum . Nihil enim ob-
stat , quominus in paucioribus ætatis plures sint generationis gradus ;
quomodo ab Adamo ad diluvium gradus sunt nouem , nempe ad vsque
Noe : ast ætates , siue *pers̄c̄d̄* duntaxat duæ : quia Merusalem , qui Ada-
mum vidit , natus iam annos centum nonaginta octo , ipso diluvij mortuus
est anno .

CAP. III.

De Gradibus in Collaterali Cognitione

I. Aetenus directa Cognatio. In Collaterali numerandorum graduum gemina ratio inducta. Iurisconsultorum vna, sive juris ciuilis, & Imperatorij: Canonista unum altera, quibus ius Canonicum, sive Papale est propistriño. Illis non alia ratio, quam indirecta, idemque axioma, ut gradus sint vno pauciores quam personæ, sed hæc in linea sive serie gemina, & proinde vti: inque computatæ omnes: vna linea, Adam, Set, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Henoc. Altera, Adam, Cain, Henoc, Itrad, Mauiacl, Metusael, Lamec. Omnib. his computatis, personæ surgunt tredecim, indeque gradus duodecim.

II. Sic in iure Greco-Romanico libr. 8 qui est de Causis matrimonialibus & Tōis j̄ c̄n τῷ οὐρανῷ ἐποιεῖται τὸ γάμον παλαιός. Et hōdūs rētēs nūmītūs εἰργάσθησαν: Ile qui sunt ex transuerto, gradus obstante matrimonium permitit, quum septimus ab eo propterea arceat. Et statim datur exemplum: εἰ δὲ διδασκαλίας τὸν διοικητὴν φύει θυγατέρα λαβεῖ, Quippe non potest aliquid sobrinū filiam uxorem ducere. Numerā. Stirps, inde frater, tum fratris filius ἐξαδελφός, fratris nepos διεκάδελφός, huius filia. Inde frater alius, huius filius, tum neponde habes personas octo, inquitque gradus septem. Rursus, οὐτε μή τὸν ἔγδοον βαθὺν τελείων διεκάδελφός, συγχώρεται, Nuptia qua inter consanguineos contrahuntur, si ad octavum τε γε gradum procedant, permisso sunt. Ite γέ τε οὐκ ἐξαδελφός, ή τὸν ἐντόνων διοικητὴν φύει λαμβάνειν, εδὲ λαταρίζει καὶ λαυτοῦ: Quippe nati ex conjubino filiam, vel neptiem sobrizi, ducere nullo modo quis prohibetur. Inde Ambro. Epist. 66. patrules dixit sibi quarto sociari gradu: filium autem & neptem ex filia tertium esse gradum.

III. At Canonistæ vtriusque linea personas binas quascunque ex æquo distantes à stipe comparant, non inter ipsas, sed cum stipe: & quo gradu remotissima distat ab stipe, rōto inter se distare prouantian. Si quia tū Henoc in linea Caini, tum Lamec in linea Seti, distant sex gradibus ab Adamo, ipsi Lamec & Henoc distabunt inter se sexto gradu. Et quia Iared ab Adamo absit gradu quinto, at Meuiac tantum quarto: dicentur Iared & Meuiac inter se dispari quinto.

IV. Harum rationum immane quantum discrimen. Nam apud Iuris-
consultos, fratres Set, & Cain secundo gradu sunt, apud Canonistas primo.
Consobrini Enos, & Irad apud illos quarto, apud istos secundo. Denique
ei τετράδες, id est, patruelium nepotes, apud illos octauo, apud istos
quarto.

V. Utramque rationem bonam dicit Bellarmius: tamen Canonistarum meliorem. Nos eti de re tantula nolimus magnas tragedias excitare, s tamen, libere loqui fas, quod sentimus, hanc Canonistarum absurdissimam pronuntiamus, neque iudicio constantem, neque exemplo. Et exem

plum quidem similis computationis in alia re vlla, ne ipsi quidem assertores proferunt vnum, aut etiam proferre possunt. Iudicium paucis exploramus.

V. Primum absurditas magna, non magis distare fratrem à fratre, quam filium à parte: consobrinum à consobrino, quam nepotem ab avo. Imo vi-nus eiusdemque linea quoque personæ erunt, omnes æquiter ab alterius linea persona postrema. Non magis, inquam, à Lameco Caini, Henocum Seti, quam Iaredum, quam Malaleel, denique quam Setū ipsum. Quod in adeunda hæreditate, quis ferat? Nempe enim nullo erit potiori iure patruus quam sobrinus.

VII. Hoc Bellarminus negat esse absurdum. Eos enim qui sunt in uno ordine, non habere habitudinem ad eos qui in altero, nisi ratione stipitis in quo vniuntur.

VIII. Sed ponit falsum. Nam si nulla alia habitudo esset, quam per stipitem: ergo in illa esset gradum multiplicatio, omnesque essent in primo gradu: neque causa vlla reddi posset, cur inæqualum ordinum, sive linearum, gradus numerarentur ab ipsis Canonistis, à remotoe persona, potius quam à propinquiori. Nam si nulla habitudo Malaleelis ad Iredum, nisi per Adamum, non autem per interpositas personas hinc, Setum, Enosum, Cainanum: inde Cainum: certe his demptis, supersunt tantum Adam, cui comparandi sint Malaleel & Irad: itaque is primus erit gradus, ex Canonistarum sententia. Quod si nolint excludi Setum, Enosum, Cainanum, cur excludent potius Cainum? Cur, inquam, habitudo est ad Adamam potius per Setum, Enosum, Cainanum, quam per Cainum? Rursus haec rationem stipitis oportebit communem esse vtrinque. Itaque cognationem inquit Malaleelis & Irad, oportebit exhibererationem tū Malaleelis ad Adamum, tum Irad ad eundem. A rationem Irad ad Adamum, quo iure repetas duntaxat ex genealogia solius Malaleelis, quæ nihil ad genealogiam Irad? Itaque dicendum, habitudinem componi ex duplice cognationis serie, concurrente in unum stipitem: ideoque esse tanto complicitorem, quanto plures sunt termini: nec simplam, sed multiplam. Habe-re igitur inter se habitudinem, non tantum ratione stipitis, in quem linea- de finunt, ut ambae vniuntur, sed etiam ratione eorum per quos ab eo stipite descendunt. Denique absurdissimum, esse nullo numero illos, sive omnes, sive aliquos.

IX. Sunt & alia incommoda, quibus non prouidit Bellarminus, sive non potuerit præuidere, aut prouidere. Nam Canonistæ non comparant Collaterales alterum alteri, sed ambos stipiti: imo ne ambos quidem, sed se-pe alterum, nempe quum linea sunt inæquales. At hæc manifestissima est quæstionis elusio. Longe enim aliud est quærere, quantum sic interuum ad Lameco ad Adamum, quam ab Henoco ad Lamecum: quomodo aliud, quantum distent Roma & Babylon ab Hierosolymis: aliud, quantum Roma à Babylone.

X. Præterea, quandoquidem gradus est mensura cognationis: & cognatio non potest non esse relatio: absurdissimum hoc sequitur, plurium quam duorum terminorum, vnam eandemque esse numero relationem: quod ne cogitatione quidem quisquam sanus concipere potest, sed is solus, cui geminæ apparent Thebæ. Tres sunt termini, Set, Adam, Cain, & ita distantes, Set & Cain, vt ab uno ad alium perueniri non possit, nisi per Adamum. Dico vnam relationem esse Seti ad Adamū: alteram, Adan i id Cainum, nec posse vnam esse aut Adami ad Setum, Seti ad Adamum: aut Adami ad Setum, Adami ad Cainum. Ratio, quia vnius relationis duo sunt tantum termini, à quo, & ad quem: at hic plures sunt duobus. Ergo, non relatio vnius, ac proinde neque vnius gradus.

XI. Tertio, si tanta est distantia ab Seto ad Metusalem, quanta est à Iaredo ad Meuiacem, quod omnino defendunt Canonistæ: ergo, ablata vtrinq; ea distantia, quæ est à Seto ad Meuiacem, necesse erit non maiorem esse distantiam, i.e. non plures gradus à Seto ad Iaredum, quam à Meuiacem ad Metusalem: quia videlicet ab æqualib. si auferantur æqualia, quæ remanebunt, erunt æqualia: nisi si apud Canonistæ forte cœperunt communes notiones esse deridicu. Quis autem concedat, nou magis distare Abauum ab Abnepote, quam à Filio Patrem?

XII. Hæc absurdia mire confutant Canonistæ. Sed pro Canonistæ dispu-tantes audiamus Rubeum: & Bellarminum. Illum vno tantum argumento: istum duobus. Vnius, inquit Rubeus, habitudinis sunt duo extrema: ideo duo fratres vnum constituant gradum.

XIII. Nihil ineptius. Nam si duo extrema non nisi vnum gradum constituunt: cur duo patrules, Enos & Irad, duos faciunt? Cur duo patruelium filii, tres: cur eorundem duo nepotes, quatuor? Nam vel ipsi Canonistæ sic numerant. Atqui concedo verum, vnius habitudinis duo esse extrema: cōcedo amplius, duorum extermorum vnam esse habitudinem. Quid ergo? Nempe aliud est habitudo, aliud gradus: quia hic illius mensura: itaq; possunt in una habitudine plures esse gradus: vt nihil obster quoniam: duo fratres, totidem gradus numerent. Manifestius in directa. Nam & hic cur non verum, vnius habitudinis esse duo extrema? pura Proavia & Pronepotem? Atqui horum tamen duorum extermorum sex gradus computantur. Nempe absurdum est, vt prius, neglectis intermediis, nou nisi extrema putare.

XIV. Audiamus Bellarminum. Cum Cognatio vinculum sit eorum, qui propagantur ab uno, non potest singi melior ratio supputandi gradus, quam penes distantiam ab illo uno.

XV. Respondeo, aliud esse cognationem, aliud gradum. Hunc enim non cognationem tantum significare, sed etiam ad significare cognationis distantiam. Quare in computandis gradibus rationem habendam vtriusque, cognationis, inquam, & distantiae. Si cognationem quæras solam, concedo repetendam esse duntaxat ab illo uno, à quo fuit origo: qui quia communis est omnibus inde deductis, ideo omnes esse vere cognatos. Si quis querat, an, & quare consanguinei sint, Noe & Irad, audacter respondeo, causam esse, & quidem solam, quia ab Adamo: hæc enim & vera, & sola ratio est: eadem communis Abrahamo, & Caino, atque alijs infinitis, quæcumlibet aut propinquis, aut remotis. Sed si præter consanguinitatem, etiam gradum querat, tum necessario præter stirpem, aliud quid addendum: alioquin omnium esset eadem ratio, ideoque gradus: quod est absurdissimum.

XVI. Breuiter negatur sequi, Si cognatio sit vinculum, ergo quærendam eius rationem tantum in stirpe. Nam cognitionis vinculum, non illud est duntaxat, quod est vtrique ordinis commune, sed sunt & alia subordinata, per quæ singulae personæ deueniuntur eidem stirpi: atque in di-dem multiplicatio est graduum. Quod manifestum in linea recta. Sic enim comparatur Noe cum Adamo, necessario per intermedios singulos. Itaque etiæ Adam & Noe vniuntur per Lamecum: tamen non est vñus tan-tum gradus inter eos.

XVII. Addit Bellarminus, Canonicam supputationem in linea transuersa ponere primum gradum, quem non ponantur Iurisconsulti. Videri autem nescio quid absurdum præ se ferre, si detur secundus sine primo.

XVIII. Respondeo distinguendam esse quæstionem. Quæri n. Cognitionis Collateralis gradum primum, vel obliquum, vel quemcunque. Non dari primum obliquum, non tam absurdum est, quam impossibile dati. Id enim significat vnicam dari relationem, quod diximus fieri non posse, positis pluribus terminis quam duobus: quod omnino necesse est in cognitione collateralis. Non igitur commodior Canonica supputatione, sed monstrisor: quæ cogat id esse, aut potius videri, quod tamen per naturam esse nō potest. Quod si quæratur gradus quicunq; vt sensus sit argumenti, nullū dari gradum primum, vnde deueniatur ad secundum in Collaterali cognitione: nego hunc non dari. Nam vtriq; cognitioni, tum directæ, tū collateralis, communis est gradus filiorum, vnde vtraque procedat. Itaq; non in recta tantum, sed etiam in Collaterali datur hoc modo primus, vt natura postulat: quomodo in omnia reb. compositis prima sunt elementa, quæ tamen ipsa non sunt composita.

XIX. Iurisconsultorum computationi Bellarminus hoc opponit argumentum: et si contra Bezam peculiariter. Fingit, inquit, à fratre ad fratrem ita transendum esse per patrem, ac si in aliqua linea, per medium punctum duo fratres duo extrema teneant. Sed falsa est hæc imaginatio: non n. ultra patrem est progressio ad aliam personam, nisi ad illam, à qua pater procedit, videlicet auum: & sic in linea recta, per vnam personam transitur ad aliam. Ast, à fratre ad fratrem non transitur per patrem, cum nulla sit processio fratris à fratre, sed vterq; in patre coniungatur.

XX. Respondeo, ridicule falli Bellarminum, exemplo linea rectæ, & extermorum. Non enim sic considerari transitum à fratre ad fratrem per patrem. Aliud potuit longe aptius petere *αρθρόν μη*, ex ipsa figura Arborum (sic enim vocant) consanguinitatis, quas curiosè depingunt vtriq; tūm Iurisconsulti, tum Canonistæ. Illud est ab extremis duarū rectarum in angulum coēcūntum. Nam harum commune punctum est in quo angulus, sive vinculum commune. Est autem transitus ab extremitate linea dextræ, ad extremitum linea sinistrae non nisi per angulum. Sed est quolibet iumento stupidor, teste Epicuro, qui duas lineas sic coēuentes neget esse maiores vna, quod faciunt Canonistæ: qui imaginari potuerunt genealogia geminas, vnam desinentem in Henocum, alteram in Lamecum, vtramq; concurrent in Adamum: & tamen negare maiores ambas esse, quam sit vna eorum: stupore certe fustibus digno. Deniq; concedimus, non dari progressum à filio vltra patrem, nisi ad auum: sed id negamus pertinere nisi ad directam consanguinitatem. Itaque australius dari à filio progressum ad patrem, & inde regressum ad alterum filium, illius fratrem, in consanguinitate obliqua, ideoque gradus vno plures. Itaque falso ponit non transiri à fratre ad fratrem per patrem.

C A P . IV.

De Gradibus prohibitis in Scriptura.

I. Consanguinitatis supputatione per gradus geminum sive habet: vnam ad hereditariam successionem: alterum ad connubiorum commercia. Hæreditariae successionis ius omne pertinet ad ciuilem Magistratum: & alienum à Theologo. Nos ergo Coniugiorum naturam videamus, qui controuersias Theologicas suscepimus.

II. Diuiduntur ergo nuptiæ, in Legitimas, & Incestas. Illas, quæ nullo cognationis vinculo prohibentur. Has vero (*αδικίας* Græci vocant) quæ ob cognationem contrahi non possunt. Itaq; necessarium fuit distinguere gradus cognationis, ac disparari eos, qui nuptijs obstant, ab ijs qui minime.

III. Id discriminis sumitur à propinquitate. Leuitici 18. *Nemo ad vllā propinquam carnis sive accedat, ad reuelandam turpititudinem.* Vnde manifestum, quo remotiores gradus erunt, hoc faciliores fore nuptiis: & quo propinquiores: hoc in commodiore. Alias, nulla posset fieri generis humani multiplicatio: quandoquidem omnes sunt ab Adamo & Eva. ideoq; consanguinei. Sed ita voluit Deus hanc consanguinitatis vim paulatim *αναφέσει*, & tandem abire in nihilum. Quare non obtinuit usus, vt omnes homines inter se dicantur consanguini, sed quidam duntaxat, quorum propinquio est origo: & pauci quidem admodum præ reliquis.

IV. Consentient Papista Catholicis, in directa consanguinitate, vniuersaliter prohiberi nuptias. Etsi Scriptura non designet nominatum, nisi duos gradus, parentum & aurorum. Leuitici 18. *Turpititudinem pātrī tui, & turpititudinem matrī tua non reuelabū: mater tua est, non reuelabis turpititudinem eius: turpititudinem filie filij tui, vel filia filij tua non reuelabis: quia turpitudo tua sunt.* Et vero, etsi quis contendet etiam hanc cognationem paulatim extingui, tamen superesse naturalis impossibilitas, propter immanem ætatis distantiam. Nam vix generatio estante ætatis annum decimumquinto itaq; prouium oportet natum esse annos iam circiter quadraginta quinque ante natam filij neptem: adde quindecim ad ætatem vñq; nubilem, sicut sexaginta: quod quis ferat? Et tamen non sunt admodum frequentes nuptiæ, anno decimo quinto, contractæ. Imo Philosophorum pueri, commodissimum existimant fœminæ vigesimum, viro trigesimum. Quanquam fateor hanc non esse causam incestus.

V. In Consanguinitate Collaterali, Deus in Leuitico nuptias prohibuit fratris, patrui, patruæ, auunculi, & amitæ. *Turpititudinem sororis tui, filis patrī tui, aut filia matrī tua que genita est domi, vel genita est foris: non reuelabis turpititudinem earum.* Turpititudinem sororis patrī tui non reuelabis: consanguinea patrī tui est: turpititudinem sororis matrī tua non reuelab-

venelabili, consanguinea matris tua est : turpitudinem fratris patris tui non reuelabis.

VI. In affinitate prohibentur iij gradus, qui similes sunt gradibus prohibitis in consanguinitate, Turpitudinem uxori patris tui (ea nouerca est) non reuelabis, turpitudi patris tui est : Turpitudinem filia uxori patris tui, prolis patris tui, que soror tua est, non reuelabis : turpitudinem fratris patris tui non reuelabis : ad uxorem eius non accedes, uxori fratre patris tui est. Turpitudinem nrae tuae non reuelabis : uxori filii tui est, non reuelabis turpitudinem eius. Turpitudinem uxoris fratris tui non reuelabis, quia turpitudi fratris tui est. Turpitudinem mulieris : & filia eius non reuelabis, filiam filii eius, & filiam filia eius non accipies ad reuelandam turpitudinem eius, consanguinea sunt : scelus est.

VII. Ergo intra gradum secundum non licet coniugium copulare. Quanquam ipso mundo initio etiam fratrum ac sororum fucrit necessarium nimirum, quia aliter non processisset generis humani multiplicatio. Sed excepta una illa Adami familia prima, nunquam permisum : ne factum quidem, inter infideles : & hos quidem vel penitus barbaros, vel certe scleratos.

VIII. In affinitate nonnihil exceptionis fuit apud Iudeos. Nam fratris defuncti licebat viduam ducere : Si tamen ille mortuus esset abique liberis. Deuter. 25. Quando habitauerint fratres simul, & unus ex eis absque liberis mortuus fuerit, uxori defuncti non nubet alteri. Sic veteri interpres reddidit male, prohibens id ipsum, qd lex iubet: recte Sanctes, Non nubet uxori mortui viro extraneo. Quid ergo? Sed accipiet eam frater eius, & suscitat semen fratris sui. Vel potius ex Sancte, Cognatus eius ingredietur adea, & capiet sibi eam in uxorem, affinitatemque contrahet cum ea. Est enim Hebrei 12: quo is significatur, ad quem id iuris pertinebat, primo quidem frater, ut patet ex Geneceos trigefimo octavo : deinde, si hic deficeret, alij, ut constat ex historia Ruth. Itaque Matth. 22 non est necesse septem illos fratres, quibus successive eadem uxori fuisse dicitur, intelligi proprie, sed latiore nominis notione apud Hebreos trita: et si alioquin nihil sit incommuni.

C A P. V.

De Cognitione Spirituali.

I. Catholici acquiescent facile autoritati diuinæ : à qua vel tantillum discedere pro scelere habent. Papistarum mentem intellige ex Tridentino decreto lessio. 24. Can. 3. Si quis dixerit eostantum consanguinitatis & affinitatis gradus, qui Leuitico exprimuntur, posse impedire matrimonium contrahendum, & dirinere contractum : nec posse Ecclesiam in nonnullis illorum dispensare, aut constitueret ut plures impediunt, anathema esto. Nempe, non putauit Ecclesia Romana satis esse pro sua maiestatis amplitudine, si non perfringeret hos cancellos, ut quaquaersum erumperet. Duo ergo sunt futura huius disputationis capita. Vnum, an iis gradibus, qui exprimuntur in Leuitico, alij gradus addendi fuerint, quorum incestæ fierent nuptiæ. Alterum, utrum iis ipsis eorum prohibitionibus constanter fit standum.

II. In priori rursus duo sunt. Vnum de Consanguinitate illa, quam diximus, spirituali : alterum de Carnali, de spirituali habes apud Gratianum Causæ 30. quæst. 3. & 4. Nicolaus enim inter fratres & filios spirituales negat posse legale coniugium fieri. Zacharias, Sciscitari curaisti liqueat filio, cuius pater alterius filiam ex sacro baptizmate suscepit, suscepit, id est, spirituale eius patris filiam (quod dici crudeliter est) in matrimonio accipere: quod apud te enormiter asseristi contigisse. Sed bene tua sancta fraternitas compertum habet, quod Dominus precepit per Moysen, dicens, turpitudinem patris tui, vel matris, vel sororis non reuelabis. turpitudine enim tua est. Cum ergo à propria consanguinitate iubemur abstinere, multo magis à spirituali nostri patris filia omni excusatione, aut argumento se posito sub nimia distractio nos cauere conuenit: ne in iram diuinæ examinis incidat, si quis tali facinore miseras, minime restrinxerit frana luxuria. Similiter Zacharias & Deusdedit, Non oportet, liam, quam de sacro fonte suscepit, aliquando filio suo in matrimonium tradere, quia in diuina sententia germani esse inueniuntur.

III. Ioannes de Turre cremata in eam questionem, concludit ex hac spirituali cognitione, viginti personas prohiberi posse contrahere matrimonium, nempe quandoque ex persona baptizantis, quandoque ex persona levantis in baptismate : quandoque ex persona confirmantis, quandoque ex persona tenentis in confirmatione: quia contrahatur cognatio inter baptizantem & baptizatum, & dicitur paternitas : secundo inter baptizantem & parentes baptizati : & dicitur compaternitas : tertio inter baptizatum & filios baptizantis, & dicitur fraternitas : quarto inter baptizatum & uxorem baptizantis prius cognitam, & dicitur maternitas: quinto inter parentes baptizati, & parentes uxoremque baptizantis prius cognitam. Huic sententiæ fauet Lombardus libri quarti distinctione quadraginta secunda.

IV. Verumtamen, ut se Ecclesia Romana ostentaret habere autoritatem figendi refigidique leges, tum diuinæ, tum suas, nunc nuper in Concilio Tridentino circumcisæ est tanta austritas: iustaq; hec tanta, tam sacrosancta spiritualis cognitionis vis cohibere se: & continere intra limites pauciorum personarum, ne cuiquam nocere queat, præter baptizantem, baptizatum, scipientes, baptizatiq; parentes: qui canon paulo ante nobis est recitatus Itaque, tanta autoritate, quasi fulmine iacta, deinceps fuit modestior, & ipsæ est futuram in posterum.

V. Superest tamen scrupulus, quem exemptum à tam prudentibus patribus non vidi: & tamen intererat non negligi, ne qui iura omnia tum diuina tum humana habent in scriptio pectoris, sibi ipsi fœde videantur contradicere. Nam, ut est apud Gratianum, & Lombardum, Nicolaus ita sanxit, Nosse desideras, utrum mulier, que viri filium ex alia feminâ genitum de sacro fonte levauerit, postmodum possit cum eodem viro copulari. Quos ideo iungi posse decernimus, quia secundum sacros canones, nisi amborum consensu, nullius religionis obtentu debet coniunx dimittere coniugem. At non tantum in Concilio quodam apud Vermerias, Si quis filiastrum,

Tom. III.

v. I filiastrum suam ante Episcopum tenuerit ad confirmationem, separetur ab uxore sua, & nunquam aliam accipiat: Sed etiam Deus dedit, cum ad se relatum esset, à quibusdam imprudenter præ magno populorum concusso proprios filios susceptos ex sacro lauacro, respondit olim à predecessoribus suis, Iulio, Innocentio, Cœlestino, decretum, ut nullo modo se in contigo recipere mulieres at viri, quicumque alia ratione suscepient natos proprios, sed separarent se, ne suadente diabolo tale vitium inolebar. Et egregio epiphonem, Scitis, quia quomodo sunt septem dona Spiritus sancti, ita sunt septem dona baptismi à primop ab aliis sacramentalis. & ingressu Ecclesia, vñ ad confirmationem Sancti Spiritus per chrisma. Ab hoc ergo primo sancti Spiritus dono usque ad septimum, nullus Christianus suam commatrem in coniugium suscipere debet. & qui presumperit, tamdiu vinculo anathematis religetur, donec paenitentiam digne egerit.

VI. Sed si Tridentinis Patribus non licuit esse tam otiosis, at Cardinalis de Turre, cremata non multo iis Patribus antiquior curiositas defectu supplebit, nec noalentibus forte Iesuitis. Is in eam Gratiani questionem iubet diligui, utrum precedat susceptio matrimonium, an vero sequatur. Tum, Si præcedit, inquit, est conclusio, quod impedit contrahendum, & dirimit, si postea contrahatur de facto. Si sequitur, est conclusio, quod non impedit matrimonium, quantum ad eius essentiali sue vinculum. Sed quantum ad actum matrimonij, scil. carnalis debiti redditionem, est distinguendum quia auct spiritualis cognatio inducit causa necessitatis, sicut quando pater baptizat filium in periculo mortis, & tunc est conclusio, quod in illo casu cognatio spiritualis non impedit contractum matrimonij, nec reddendo nec petendo, nec ex parte viri, nec ex parte uxoris: aut inducit extra casum necessitatis. & tunc istud factum, aut est factum per errorem adhibita diligentia debita. & tunc est conclusio, quod non impedit, sicut in causa predicto: aut factum est in fraudem, & tunc est conclusio, quod coniunx qui fuit in causa fraudis, perdit ius petendi debitum, non autem ius redendi: o Zec 3: auctor tñs lewistri. & tñs Ogeri. Vere dignus est, qui respondeat. Vnde auctor tñs lewistri. & tñs Ogeri.

VII. Sed sat is esto nugarum. Hanc causam misere desertam à Bellarmino videre est cap. 30. Ponit ille, Cognitionem spirituale merito ab Ecclesia inter impedimenta matrimonij referri, sed, si queras, unde illud merito: nihil audies præter Epistolæ decretales, & Gratianum: tum autem, quatuor rationes, quibus speravit se consequeturum, ut cognitionis carnalis gradus amplientur, vim suam obtinere etiam in spirituali: denique nihil à nobis opponi soldi.

VIII. Sed sat is esto nugarum. Hanc causam misere desertam à Bellarmino videre est cap. 30. Ponit ille, Cognitionem spirituale merito ab Ecclesia inter impedimenta matrimonij referri, sed, si queras, unde illud merito: nihil audies præter Epistolæ decretales, & Gratianum: tum autem, quatuor rationes, quibus speravit se consequeturum, ut cognitionis carnalis gradus amplientur, vim suam obtinere etiam in spirituali: denique nihil à nobis opponi soldi.

IX. Quatuor illas rationes postmodum suo loco videbimus quid valeant in gradibus consanguinitatis. Sed nunc, in tam dispari causa, in eisdem rationibus vti, nonne monstrum est simile? Demus nonnihil valere, vbi certo constet, affinitatem, siue consanguinitatem intercedere, sed in merco phantasmatum: vbi nullum ne tenuissimum quidem consanguinitatis, affinitatis, vel vestigium est, valere, sani-ne cerebri, vel somniare? Non valere, testem habemus Nicolaum Papam, paulo ante laudatum, qui nullo ullius religionis (ac proinde baptismi: nam de isto institutus illi sermo erat) obtenuit, debere coniuge dimitti habuit pro certo.

X. Sed nos nihil solidum obiicere. Quasi non illos potius oportuerit aliquid solidi proponere: vt ne se portentole tyrannos in Ecclesia gererent. Quasi non sint quædam tam absurdæ, tam extra omnem fidem, vt refutari nec possint, nec mercantur: nisi forte solo helleboro. Quasi non ipse Bellarminus agnoscat, prohibitions, propter duritiam, restringendas potius, quam amplandas: vt nobis inde concludendum reliquat, si quid foret Ecclesiæ autoritatis, debuisse numerum potius minnere prohibitorum gradu in legie Mosis, quam aug. c: quod illa contra fecit. Quasi denique non illud sit potentissimum, quo uno Dominus noster eos repressit, qui post diuorium insaniebant: illud, inquam, magnificissimum. Ab initio non fuit sic. Non fuit sic in institutum à Christo, à quo institutum Baptisma, non fuit sic visitatum ab Apostolis: non fuit sic visitatum post Apostolos, atq; adeo prima in hanc rem oracula emendicanda fuere, à postremissimis Romanis, non Episcopis, sed tyrannis. Et nihil hic solidi?

XI. Trullensis Canon 53: rationis fuso, voluit interdictum iacuistare: επιδη μεταχωρισθηκε πνευματικοις τοις συνοργιαστοις ουραφισας, τοις εν Εργαις γραμματοις βαπτισματοις παιδιαστησασ, η μετα ταυτων θρησκευτοις, ισιζηλη αποστολαι πλη τοις επιστολαις. Επι της τοις των προγενερων επιπονιας υποστησασ, Quoniam spiritualis necessitudo maior est coniunctione corporum statuimus, ut qui ex sacro baptizmate pueros suscipiant, & postea cum matribus eorum viduis in matrimonium coenant, primum à talis contubernio absenteant, deinde scortatorum quoque pœnis subjiciantur. Argumentum ita erit: Quæcumque necessitudo maior est coniunctione corporum, ea impedit matrimonium. At necessitudo spiritualis maior est coniunctione corporum. Ergo necessitudo spiritualis impedit matrimonium.

XII. Respondeo, maiorem esse fictitiam. Nam inter coniuges Christianos omnes coniunctio est spiritualis: quia sunt omnes unum in Christo: & membra eiusdem corporis, atque adeo appellant inter se fratres: & tamen haec anima, tamq; arcta necessitudo non impedit matrimonium: alioquin omnium Christianorum dissoluenda essent coniugia. Falsitatem agnouit Nicolaus ille Papa, qui consultus hac ipsa de re, negauit, ullius religionis obtenuit, debere à coniuge dimitti coniugem. Agnouit & Cardinalis ille de Turre, cremata, qui certis casibus saltem, fatetur constare coniugium, tum quoad vinculum, tum quoad thorum. Nam quid ad me illa necessitas? An enim eo minus baptizatus fuit?

XIII. Instat contra Bellarmin. Impedimentum huius cognitionis non esse ex iure naturæ, sed ex Ecclesiæ arbitrio pendere. Ecclesiæ voluisse non quamlibet spirituale cognitionem impedimentum esse matrimonij, sed eam solam, quæ ex Baptismo & Confirmatione. Et subesse causam rationalem, quia ynis ab altero recipiat esse spirituale: & ideo debet illi peculiarem reverentiam: neque ynlum inde sequi absurdum.

Ecc 2

XIV. Gl-

XIV. Clamemus ergo bonum factum. Nam bene ac liberaliter nobiscum actum est. Etenim, quomodo olim illi si lagena non defecisset, calumniis in Imperatorem finem non erant facturi: sic li genio induxisset Ecclesia Romana, ut sua autoritate plene vteretur, nihil erat proprius factum. quam, ut periret de medio Christianitatis, coningiorum vslus, elegatus a Turcas, apud quos nullum est spirituale vinculum. Sed n. neq; tyannidem, neque tyrannidis fundamentum Catholici admittunt: neq; vnamque concessuri sunt matrimoniorum impedimenta tantummodo pendere ab arbitrio Ecclesiae. Et vero, quid hominis est Bellarminus, qui, cum proposuerit, cogitationem spiritualiem merito ab Ecclesia referri inter impedimenta matrimonij, nunc ponat cam rem pendere ex eius arbitrio? Itane quisquam loqui solitus? merito facio: id est, sic volo, sic iubeo?

X V. Sed causam illam rationalem videamus. Quænam est ergo susceptus à suscipiente recipit esse spirituale : Itaque debet ei peculiarem reuerentiam. Argumenti ergo formam hanc esse oportet. Nemo potest cōtrahere matrimonium cū eo, cui debet peculiarem reuerentiam. At susceptus debet suscipienti peculiarem reuerentiam. Ergo non potest contrahe-re cum eo matrimonium. Probatur minor. Quisquis recipit esse Spirituale , peculiarem debet reuerentiam ei , à quo suscipit. At suscep-tus recipit esse spirituale à suscipiente. Ergo debet ei peculiarem reue-gentiam.

XVI. Respondeo: primum non concludi vniuersalem thesin. Nam
hæc est de qualibet cognitione spirituali: & hanc Papistæ volunt es-
se non tantum inter suscipientem, & susceptum, sed etiam inter susci-
pientes: tum etiam inter hos & suscepti parentes: atque adeo Concilij
Trullensis Canon agit de suscipiente, & suscepti matre. Atqui neque su-
cipientes à suscipientibus: neque suscepti parentes à suscipientibus acci-
piunt esse spirituale. Quare horum saltem respectu, nulla fuit Ecclæsiae causa
rationalis.

XVII. Secundo, falsa est prioris syllogismi maior : de qua quam paulo post plura dicturi sumus, tamen hic libertas admonere. Primum, etiam Catechumenum debere catechistæ peculiarem reuerentiam : ut pote Patri filium. *Cyrillus Catechesi 15. εἰ δέ γε κατηχούσας εἰδόμενος μα.* Si quem etiam per Catechesin genuisti. Et tamen nondum auditum hinc vi-
los factos gradus prohibitos. Secundo non tantum agi de non contrahendo matrimonio, sed etiam de contracto dissoluendo. Dicamus ergo ita : nemo debet vti matrimonio eius cui debet peculiarem reuerentiam : & reliqua ut prius. Atqui instantiam contra mihi sufficit ille Cardinalis de Tur-
recremata : asserens eum, qui baptizat filium in casu necessitatis, posse tam-
en vti matre infantis : & eum similiter qui imprudenter suscipit. Quid i-
gitur ? falso - ne ; infantem baptizatum à patre in casu necessitatis, aut su-
fceptum imprudenter, accipere ab eo esse spirituale ? An malit eum, qui vel
in casu necessitatis, vel imprudenter ab alio accepit esse spirituale, nihil de-
bere reuerentia. Videat acutissimus Jesuita, quid sit concessurus , quid ne-
gaturus.

XVIII. Tertio, in Syllogismo posteriore, falsissima minor. Etenim esse spirituale gratia est Dei: at neque hanc tradit qui suscipit; ac ne sacramentum quidem eius. Quanquam, et si Sacramentum traderet, quod facit baptizans, tamen gratiam non traderet: bene enim Baptista, Matth. 3. Ego baptizo vos aqua in paenitentiam: qui autem posse me vensurus est, ipse vos baptizabit in Spiritu sancto & igne.

C A P. VI.

*De Gradibus in Cognitione carnali prohibitis
apud Papistas.*

I. *N*unc locus est cognationis carnalis, tum in consanguinitate, tum in affinitate. Consentient Catholicis Papistæ; non esse promiscue & per omnes gradus absq; villo discrimine contrahendum matrimonium. Eos esse prohibitos, qui enumerantur Leuitici 18. Affinitatem esse imaginem consanguinitatis, itaq; similes gradus vtrinque; aut prohibiti, aut permititi: deniq; quia vir & vxor, duo sint in carne una; cuius sunt prohibitæ nuptiæ, esse & prohibitæ eius coniugis.

II. Sed, cum queritur, quinam illi sint gradus prohibendi, iam Scriptura non progetur ultra eum, quem iuris consultorum supputatio secundum dominum nominat, Canonicistarum vero somniatio, primum, qui fratrum est & patrui, siveque fratri, in Consanguinitate: leuiri & filij fratri in affinitate & similium.

III. Qui inde discesserunt, variarunt sententiis, ut videre est apud Gratianum causæ 35. quæstion. 2. Concilium Toletanum secundum capite 5. Sancimus, ne quis fidelium propinquam sanguinis sui, usque quo affinitatis lineamenta generis successione cognoscit, in matrimonio sibi desideret copulari. Concilium Vormaciense, In copulatione fidelium, generationis numerum non definitus, sed id statuimus, ut nulli Christiano liceat de propria consanguinitate, seu cognatione uxorem accipere, usque dum generatore cordatur, cognoscitur, aut memoria retinetur. Est autem hæc immutans aut in re severitas, aut in verbis ἀνεγέρσια: imo & mentis ἀνεγέρσια: neque enim rem ipsam per se aut permittit aut prohibet, sed per accidentem; nimis per memoriam: vnde necesse est unum eundemque gradum aliquando liberum esse, aliquando incestum: nam, quis nescit non eandem omnibus, non dicam capitibus, sed ne familiis quidem, esse generis memoriam?

I V. Alij ergo graduum numerum definitiendum putarunt, ut habes apud Gratianum causas 35. quæst. 2. & Lombardum 4. distinct. 39. - Gregorius Papa, De affinitate consanguinitatis per gradus cognitionis, placuit, usque ad septimam generationem obseruare. Concilium Lugdunense, Nulli ex propinquitate sui sanguinis, usque ad septimum gradum, uxorem ducant. Iulius, Nullum in utroque sexu permittimus ex propinquitate suis sanguinis, vel uxoris, usque ad septimum generis gradum, uxorem ducere vel incesti macula copulari. Præterea illud quoque adicimus, quoniam sicut non licet cuiquam Christiano de sua consanguinitate, sic etiam nec licet de consanguinitate uxoris sua coniugem ducent propter carnis unitatem. Hunc autem Iulium Bel-

Iarminus cenſet eſte illum, qui ducentis annis Gregorium magnū p̄fēc-
ſit; nimirum, ut antiquitatis obſeruātio commendet. Sed non videtur. Obser-
uavit enim annotatio huic capiti addita in Gratiani editione Gregorianā;
hunc ipsum Canonem apud Burchardum, Iuonem, & in Pannormia citati
ex Concilio Aurelianensi, sed & eiusdem partem ab ipſo Gratiano, quæ-
ſtione ſecunda cauſæ vigesimæ Septimæ, tanquam ex Gregorio: ut ex tanta
nominum varietate poſſit Bellarminus agnoscere desiderio ſuo ſe plus indul-
iffe, quam iudicio.

V. Sed enim concisam habemus vastam illam superioris sententiae amplitudinem, quæ vniuersam cognitionem excludebat, nulla ullius numeri, nulla ullorum terminorum reuerentia. Nisi forte verum sit, quod Belarminus obseruat; non productam vniuersam cognitionem ultra gradum septimum: habens ab Alexandro secundo apud Gratianum, causæ 35. q. 5. c. 2. *Canones*, inquit, *ultra septimam*, *nullam numerauere generationem*. Et post, *Illa quoque sacrorum precepio canonum*, quæ iubet à propria abstineri consanguinitate, quandiu generatio recordatur, aut memoria retinetur, nec à pradi ta parentele discrepat computatione. Nam *in septem gradibus*, si canonice & usualiter numerentur, omnia propinquitatum nomina continentur: *ultra quos nec consanguinitas inuenitur*, nec nomina graduum reperiuntur, nec successio potest amplius prorogari, nec memoriter ab aliquo generato recordari.

VII. Sic Alexander : paulo confidentius , quanquam pro more Paparum , qui semel persuasi omnia habere iura intra pectusculi scrinia , nihil non sunt ausi blaterare . Enimuero , cuiusmodi illud est , nullam memoriter à quoquam generationem memorari ultra septimum gradum ? Nam contra in promptu est , non tantum Iudeorum olim cura genealogiarum conseruandarum , sed etiam quotidiana omnium regum , atque adeo magnatum soleitudo , nostro etiam seculo . Certe apud Herodotum Clione legas : ἡρακλεῖ δαι τοιούτοις αρχέσθων εἰς δύο καὶ ἕπεται θεοῖς αἱ δημόσιες πίνακες την τυραννίαν πάσιν ὁργανώσαντες οὐδὲ κόπον οὐδὲ αρχήν . Heraclida obtinuerunt imperium , & regnarunt per duas & viginti virorum generationes annos quingentos quinque , sic ut filius à patre regnum acciperet . Nulla-ne hæc coniunctionis erat memoria ultra septimum gradum ?

VII. Præterea, vereor ut satis fecerit canonis verbis, quem interpretatur. Negat ille canonicam supputationem progredi ultra gradum septimum. Esto, inquam, sed primo, illi supputationem non nominabant Canonicam, sed omnino cognitionis memoriam, quæ longe est alia. Secundo, Cenciliū Votmatiē, negabat, se generationis numerum definire: atqui septimus gradus numerum definit: quid ergo iuuat tricari?

VIII. Verum intra hos gradus, inquit, omnia cognitionis nomina. Imo qua nomina dicit? An singula vocabula; rebus singulis aptata, ut Pater, Filius, Aius, Nepos, similia: An rerum periphrases, ut filii nepos: Ainitæ filius: Vxoris frater? Si singula vocabula, pro variis linguis varius vsus fuit. In linea directa Latini videntur locupletiores, qui accluiter Patrem, Aium, Proaum, Abauum, Atauum, Tritauum dixerunt, decluiter Filium, Nepotem, Pronepotem, Abnepotem: & si quibusdam credimus, Atnepotem, Trinepotem. Cum Græci vltra ~~πατέρα~~, ~~πάτερνον~~, ~~επάπερνον~~, ~~γένοντας~~, ~~γένεσιν~~, ~~διάτηγοντας~~, ~~διάτηγον~~ non processerunt. At Hebræi omnium steriliissimi, vltra primum nihil habent quod nominent. In Collaterali, Latini Patrum, propatrum, filium, patrualem, Sobrinum, & Consobrinum notarunt tantum. In affinitate, Socerum, Prosocerum, Generum, Progenerum: Vitricum, & Priuignum, duntaxat. Itaque falsum est villa esse nomina singularia gradibus cognitionis vllis, ad septimum usque, excepta consanguinitate directa. Sed si paraphrasi placet indulgere, falsum ultra septimam gradum nullas esse. Nam quemadmodum fratis filium dixerit, quis vetet dicere progenieri trinepotem, prosocericq; tritauum ad designandum duodecimum gradum?

I. Verumtamen , hac omissa nugarum austерitate , Lateranense Concilium existimauit sibi hæc vetera decreta antiquanda : & coercendam prohibitionem intra quartum gradum . Canon est eius 50. Non debet reprehensibile iudicari , si secundum varietatem temporum , statuta quandoque variantur humana , præsertim cum urgens necessitas , vel euidens veritas id expoicit : quoniam ipse Deus ex his quæ in veteri Testamento instituerat , nonnulla mutauit in nouo . Cum igitur prohibitiones de coniugio in secundo & tertio affinitatis genere minime contrahendo , & de sobole suscepit ex secundis nuptiis cognati viri non copulanda prioris , & difficultatem frequenter inducant , & aliquando periculum pariant animalium : ut cessante prohibitione cesseret effectus , constitutiones super hoc editas , sacri approbatione Concilij reuocantes , præsenti constitutione decernimus , ut sic contrahentes de cetero libere copuletur . Prohibitione quoq[ue] copula coniugalis , quartum consanguinitatis & affinitatis gradum de cetero non excedat quoniam in überioribus gradib[us] iam non potest ab q[ui]d graui dispendio huiusmodi prohibitio generaliter obseruari . Quaternarius n. numerus bene congruit prohibitioni cōiugij corporalis , de quo dicit Apostolus , quod vir non habet potestatem sui corporis , sed mulier : neque mulier habet potestatem sui corporis , sed vir : quia quatuor sunt humores in corpore , quod constat ex quatuor elementis . Cum ergo usq[ue] ad quartum gradum prohibitio coniugalis copula sit restricta , eam ita esse volumus perpetuam , non obstantibus consultationibus super hoc dudum editis , vel ab aliis vel à nobis , si qui contra prohibitionem huiusmodi presumpserint copulari , nulla longinquitate defendantur annorum , cum diuturnitas temporum non minuat peccatum , sed augeat , tantoq[ue] grauiora sint crimina , quanto diutius infelicem detinent animam alligatum .

X. Atque hoc iure deinceps vi sunt Papistæ, felicitate Innocentij quādam: Nam olim Gregorium magnum excusare oportuit, quod Angelis hanc gratiam fecisset, & protestari, non factum, ut derogaretur legi, sed ut consuleretur infirmitati Anglorum. Testis est, præter ipsius Gregorij literas, Alexander secundus, capit. 2. quæstion. 5. causæ 35. apud Gratianum, Nondum enim Ecclesiæ Romanæ iurium promus condus, ius illud didicerat, quod longe eruditior, et si recentior Innocentius didicit & docuit: itaque constanter pugnabat pro septem gradibus, tanquam pro aris & focis. Cum ergo sibi autoritatem Gregorij videret nonnihil importunam obstrepere, Sunt quidam, inquit, qui ex his Gregorij verbis, quibus ait, ut in tertia, vel quarta generatione copulentur fideles, occasionem accipiunt illicita matrimonia contrahendi, dicentes se hoc iure facere posse, quod prudensissimus doctor sua sententia definit. Ibi itaq; quis se hoc delatione defendere nituntur, aduer-

tant in eiusdem Patris sententiis hoc non generaliter cunctis, sed specialiter Anglorum genti mandasse. Nam postmodum à Felice Messana Sicilia præfule re quisitum, an hoc quod Augustino mandauerat, generaliter cuncta Ecclesia tenendum esset, aperte firmauit, non alius hoc, quam intelligenti mandasse, ne bonum quod cœperant, metuendo austeriora desererent, sed Grillis, postquam essent firma radice solidati, & vniuersali Ecclesia censuit esse tenendum, ut nullam de propria consanguinitate vel affinitate infra septimam generationem aliquis sibi audeat coniugio copulare.

XI. Tamen videtur hæc explicatio paulo violentior. Nam Gregorij verba ita erant, eadem causa, q. 3. c. 20. Quædam lex terrena in Romana Republica permittit, ut siue fratus & sororis, seu duorum fratrum germanorum, seu duarum sororum filius & filia miscantur. Sed experimento didicimus ex tali coniugio iobole non posse successere: & sacræ lex prohibet cognationis turpitudinem reuelare. Vnde necesse est, ut in quarta vel quinta generatione fidelium licenter sibi coniungantur. Quæ verba, quid habent, quæso te, Anglis peculiare? quid non commune fidelibus? Imo, necesse est, inquit, in quarta vel quinta licenter coniungi. Quid necesse est licenter coniungi, id est, conceditur peculiari priuilegio Anglis? Nempe ergo apud Papistas, idem est retractare & explicare.

XII. Primum igitur, apud Papistas vniuersa cognatio prohibita, post eadem sic explicata, vt non excederet septimum gradum, tandem hic ipse gradus septimus reuocatus ad quartum. Nobis igitur, quibus negotium est, eas, quæ nunc in Papistis obtinent, opinions confutare, videbatur hec quæstio futura: vtrum iusta sit prohibitio quatuor graduum. Sed noluit Bellarminus, cui thesis posita est c. 29. Repte Catholica Ecclesia, coniugia prohibuit olim usq; ad septimum, postea vero usq; ad quartum gradum consanguinitatis, & gradus.

XIII. Quæ in re mira absurditas. Primo enim contradicatio manifesta est in ipsa, nec vñquam concilianda: septem gradus esse prohibitos: & tantum quatuor esse prohibitos. Nam id est dicere, quintum, sextum, & septimum, esse prohibitos: & tamen quintum, sextum, septimum noui esse prohibitos. Intelligo cautelæ gratia distincta esse tempora: vt olim septem prohibiti sint: nunc non sint nisi quatuor. Satis caute: nisi ipsi seculo ingularent gladio. Nam lex fingebaru vniuersalis. Certe Alexander ille paulo ante dicebat, Vniuersali Ecclesiæ tenendum, vt nullus sibi audeat cognatam intra septem gradus copulare. Est autem Ecclesia Catholica, non vnius ætatis fidelium numerus, sed omnium seculorum: At si nunc aliter: ergo non fuit Vniuersali Ecclesiæ tenendum, aut si fuit, ergo ne nunc quidem aliter.

XIV. Secundo tantæ, tamque insignis contrarietatis ratio nulla redditur à Bellarmino. Nam temporum successio rationis locum habere nequit. Non tantum enim quæri potest, vtrum idem semper iuriis fuerit, sed multo potius, longeque maiori momento, illud Iurisconsultorum solenne, Cur tam varie? Cur, inquam, adeo sit Ecclesiæ facies mutata, vt, quæ nuptiæ olim illicitæ, sic nominante Alexandro, imo incestæ, si Julio credimus: ex sicut hodie, neque incestæ, ac ne illicitæ quidem. Quæstio enim facta ad historiam potius pertinet, quam ad conscientiam: at quæstio iuris conscientiam viri: maxime in religione, in qua solenne, Ab initio non fuit sic & Verissima prima. Lateranenses existimarent satis fore causæ, si dicentes, obseruari non posse. Sed hæc Lesbia est regula, iam olim proverbio traduta, quæ non regulæ rem subiiceret, sed rei regulam. Et, quid est in religione Christiana, quod non ea ratione foret innouandum, immutandum, abrogandum, susque deinceps habendum?

XV. Gregorius Anglis vt prouideret peculiariter, causam sibi putauit esse legitimam, eorum infirmitatem in fide: qua cœstante, cœfatum iret prohibito. An eadem ratio Ecclesiæ Catholica? Et tam feliciter laboratum est à Papistis, vt facti sint eorum Christiani infirmiores, quam erant olim? verendumque merito, ne bonum, quod cœperunt, metuendo austeriora deserant: vt de Anglis loquebatur Alexander. Nam ita quidem videtur: si propter infirmitatem permitteantur nuptiæ ultra gradum quartum: ergo propter firmatatem prohiberi ad usq; septimum. Quis igitur neget longe firmiores fuisse Catholicos illos Gregorij, Alexander, quam Catholicos istos Innocentij tertii, & Pauli quinti Vicerei?

XVI. Tertio: Vtrumque theseos partem æque rationalem Bellarmine posuit, & iisdem rationibus statuminare satagit. Itane? Vtrumque contradictionis manifestissimæ membrum esse verum: & vtrumque iisdem nisi rationibus? Arqui audire mihi visus sum, rationem esse animam legis. Vnde necessitate est taudiu videre legem, quandiu ratio viget. Cum ergo, cum vigeant nunc exædern rationes, quibus septem gradus interdicebantur olim, (vigeant autem: quia, si non vigerent, ne quatuor quidem interdercerentur) non etiam hodie septem gradus interdicuntur? Cur potius abrogata lex est, quæ septem gradus interdicebat? Nam Concilium Lateranense dilertis perspicuisq; verbis eam abrogauit.

CAP. VII.

De autoritate Ecclesiæ in prohibendis gradibus.

I. Ed iis absurditatibus otiosè prouidebit, siue Bellarminus, siue Bellarmino poterior, Quintus Vicedeus. Rem ipsam paulo aliter Dominicus à Soto disputat, quam Bellarminus. Ille enim de autoritate prohibendorum, articulo quinto: Ille autem de ratione prohibitorum. Illi Thesis, In facultate Ecclesiæ positum est, ut paciscenda coniungendisq; nuptiis legitimis illegitimisque decernat, ob sanguinis propinquitatem personas. Hoc sensu, non vt iudicet m. g. singulæ ex lege posita, nimurum, vtrum Titius & Tertia sint in gradu prohibito, sed, vt ipsa legem ponat, qua fiat is, quicquid gradus est, prohibitus: quo sensu thesiu improbamus. Ille defendit trib. argumentis.

II. Primum illi argumentum est: Cui Ecclesiæ Sacramentorum administrationem & dispensationem Redemptor commisit, eadem pro locorum, temporumq; & gentium varietate, de eorum causis & conditionib. dispo-

Tom. III.

nit. At Ecclesiæ commissa est administratio & dispensatio Sacramentorum. Ergo eadē disponit de eorum causis & conditionibus. Est autem matrimonium Sacmentum.

III. Respondeo primo, Matrimonium non esse in numerò Sacramentorum, nisi lata laxaque notione, quatenus ritum aliquem sanctum designant. Sed hoc alterius est controversia: nec nunc agitatur necessarium. Itaque omittatur sane.

IV. Secundo dispositionem causalium & conditionem distinguo: vel enim significatur dispensatio particularis circa exempla singularia, & vel dispensatio vniuersalis circa ipsam Sacramentum naturam, & vt ita dicā, substantiam. Priori sane modo, esto ea Ecclesiæ autoritas: quomodo scilicet iudicium eius est, vtrum Titius accedens ad communionem Eucharistia, admittendus sit, an vero repellendus. Vtrum Eucharistiam matutino, potius quam vespertino celebrari commodus sit. Nam hæc ipsa est, quæ appellatur dispensatio. Et omnino ad eam formam, nemo negat posse Ecclesiam diuidicare, vtrum legitimum futurum sit matrimonium inter hunc & illam: an veto illi citum, prout cognatio obstabit, vel nō: siue ætas, siue quid aliud, si quid aliud obstare queat.

V. Altero autem modo, negatur consequentia. Hæc enim non dispensatio est, sed institutio. At hæc Deo eximia: nec communicanda vlli creaturæ. Sic non est Ecclesiæ mutare quicquam substantiale in Baptismo, aut Eucharistia. Imo ne dispensationem quidem negare iis, quibus libera est. Quomodo Petrus præscripsit, Actorum 10. Num quis aquam prohibere potest, quominus baptizentur illi, qui Spiritum sanctum accepunt, sicut & nos? Ut contra non est Ecclesiæ admittere ad Sacraenta indignos: & si admiserit, tum non erit propterea utile sacramentum. Quia certum, i. ad Cor. 11. Qui edit, & bibit indigne damnationem ipse sibi edit, & bibit. Similiter ergo, non potest legitime Ecclesia Matrimonium inhibere cuiquam sua sola auctoritate: non etiam permittere: vt non sit vere matrimonium, si contractum legitimate, quantumvis contradicente Ecclesia: non sit vere adulterium, si contractum illegitime, quantumvis permittente, & vt loquuntur, dispensante Ecclesia.

VI. Probat tamen consequentiam: quia, quod ius ad ciuilem rem publicam pertinebat de causis matrimonialib. statuere, sicut de reliquis ciuilib. contractibus & stipulationibus, quādiu non erat Sacramentum; id translatum est ad Ecclesiam, quum factum est Sacramentum.

VII. Respondeo primum, antecedens non est certum. Etenim matrimonium in gradibus prohibitis, incestum est, at incestum omnes retulerunt semper ad ius naturæ: neq; quisquam agnouit, quod sciam, vlli imperialib. legibus, factum esse, vt quod natura non erat, id fieret incestum: aut cōtra. Tum autem, etsi nonnquam tale aliquid usurpatum est, tamen id tyrannice factum potius, quam legitime: Et sic horuerunt reliquæ gentes Peccatum morem generandiliberos ex propriis parentibus.

VIII. Secundo negatur consequentia. Nam, quia magistratibus nullas leges præscripsit Deus in administrationem recipi, possunt illis multa licere, quæ non liceant iis quibus leges diuinæ præscribunt. Sic profecto Iudaico Magistrati non licebat violare leges Mosaicas, quib. alij nō tenebātur Rursum peccarunt Israelitæ, cum decruerunt non communicare matrimonia cū Beniamitis: & peccarunt rursus, cum communicarunt cum gentibus: nempe quia hoc prohibitum erat à Deo; illud vero permisum. Haud aliter peccabit Ecclesia, si matrimonia interdicat septimo gradu: nec minus, si permettat secundo.

IX. Alterum argumentum: Naturalis rationis lumen ostendit quidem in quibusdam gradib. absurditatis plurimum, si promittantur matrimonia, sed non ostendit tamen satis quantum se absurditas extendat. Ergo necessaria est ad id discernendum Ecclesiæ facultas.

X. Respondeo primo, nullas esse vires argumenti: quia Ecclesia non natura solo lumine naturæ ipso, sed verbo Dei. At non, vt natura, sic verbum Dei imperfectum. Quare cum Ecclesia definitum habeat in verbo Dei, quousq; se porrigit absurditas, nihil opus est nouam aliquam communisci auctoritatem. Itaq; negatur consequentia.

XI. Deinde ipsum Antecedens est falsum. Nam, quia non est incestus, nisi in gradu prohibito, l. ge naturæ: at profecto, non prohibet lex naturæ, vbi nihil absurditatis monstrat: ergo, vbi nihil absurditatis monstrat lex naturæ: nullus incestus est: nullum, inquam, prohibitum matrimonium. Item, si lumen naturæ nullum ostendit quicquam absurditatis in tertio, quarroq; gradu: quis potuit videre? Denique, hæc immunitis est fenestra abeundi in infinitum. Nam & qui ad septimum usque producere volet prohibitiones, vt olim nonnulli Papæ, ij causatui sunt nondum satis fuisse luminis naturalis. Et ita ulterius.

XII. Tertium argumentum. Cum Deus in lege Mosaica de huiusmodi gradib. decreuerit: & sint hæc prohibitiones antiquæ per legem Euangelicam, quatenus erant legis illius mandata, mancam Christi Ecclesiam suam relinqueret, nisi illa facultate eam communiret, qua posset eiusmodi gradus, secundum naturalem deceptiam, taxare & definire.

XIII. Imo antiquatas illas prohibitiones, quatenus erant legis Mosaicas mādata, si imperit dixit Theologus. Nulla enim abrogata sunt, quatenus erant Mosaica, sed, quatenus vel Politica, vel Ceremonialia: Nam, ex eo quin manent integra Moralia: etiam quatenus Mosaica: Quia scilicet Moses nihil nisi minister agebat Dei. Itaq; quatenus erat Mosaica, erant et percepit Dei. Sic in reliquo Testam. V. teris corpore, prophetiæ adhuc obtinet: quatenus Elia, puta, prophetiæ fuerunt. Et de lege morali manifestum testimonium apud Paulum repetenter illud de honorandis parentib. mandatum, Quod est, inquit, præceptum primum, cum promissione. Arqui manifestum est, eam circumstantiam esse legis Mosaicas, quatenus Mosaica est.

XIV. Nimirum Moses, non debet considerari, nisi interpres Dei, ac proinde naturæ. Quod si lex moralis Mosis non fuit antiquata, non erunt etiam hæc prohibitiones antiquæ. Non erant enim illæ aut politicae, aut Ceremoniales: quod alibi notamus, sed veræ naturales, & mortales. Itaque nihil est periculi, quominus recte sit à Christo prouisum Ecclæsia.

C A P. VIII.

Rationes Papistice prohibitorum graduum.

I. Sed Bellarminus Thesin suam, de recte prohibitis quatuor, septemve gradibus, probat argumentis quatuor, quae fere ex Patribus Thomas defunctis videtur voluit, in 2. 2. q. 15. art. 9.

II. Post video, quanti sint singula. Nunc prius iubeo notari vehementem Bellarmini supinitatem, haec ita mutuantur à Thoma, ut quae apud Thomam sunt, si minus necessaria, at saltem verisimiles, apud eum sint, ne verisimiles quidem, nedum necessaria. Ratio dissimilitudinis, ab immenso thesori discrimine. Nam Thomæ Thesis, *Videtur quod incestus nō sit species determinata luxuria.* Determinatio, *Ibi necesse est inueniri determinatam speciem luxuria, ubi inuenitur aliquis repugnans usui debito venere.* *In usu autem consanguineorum vel affinium inuenitur aliquid incongruum coniunctioni venerea.* Et hanc assumptionem probatis quatuor rationibus. Itaque non disputat de numero gradum, quatuor. ne sintan septem; an plura pauciora, sed generalius, utrum sit aliquid in usu consanguinearum incongruum, id est, utrum sint aliqui cognationis gradus prohibendi: qua de re non fuit Bellarmino disputandum. Nemo negat hodie: Nos certe & profitemur, & docemus: nec rationibus aut futilibus, aut etiam verisimilibus, sed una necessaria, & certissima, quae est ab autoritate Dei. Nempe igitur magnus nugator Bellarminus.

III. Secundo, quare, haec rationes necessarie ne concludant, an contingenter. Nam, si contingenter: ergo non magis erunt incestæ nuptiae, quam non incestæ: & lex Pontificalia, ne lex quidem: quandoquidem legis anima ratio est: ut non possit legi plus inesse momenti, quam ipsi rationi. Sin autem necessario: ergo necessario prohibendi gradus septem: ac proinde non recte, sed impie tunc prohibentur tantum quatuor; id est permittuntur tres reliqui: aut, si hi recte permittuntur, ergo tyrannice olim prohibiti sunt, ut illiciti, ut incesti. Itaque falsa thesis, quae assertit recte fuisse prohibitos. Mitto de Deo dicere, quo autore, postremus prohibitorum gradum is est, qui apud Papistas secundus. Nam Dei honorem minore esse loco, quam Paparum, apud hoc genus hominum, iam pridem exploratum.

IV. Recenscamus nunc rationes. Primam ita concipit. Docet ipsa natura, parentibus, & consequenter aliis consanguineis & affinibus deberi peculiarem verecundiam, reverentiam, seu cultum, & obseruantiam. Huic autem reverentiae repugnat maxime coniugalis actus, qui sine turpitudine quadam & irreuerentia exerceri non potest. Haec autem ratio eo usque vallet, quoque habetur notitia cognationis, solent autem homines ordinarie usque ad quartam generationem se cognatos agnoscere: deinceps autem vix vii sunt, qui se pro cognatis habeant. Formabo distinctionem: Nemo potest matrimonium contrahere cum eo, cui debet peculiarem reverentiam. At cognati ad quartum usque gradum, debent inter se peculiarem reverentiam. Ergo cognati ad usque quartum gradum, non debent contrahere matrimonium. Maiores probat. Quia peculiari reverentiae contraria sunt nuptiae: & hoc probat, tum ratione; quia non possint sine turpitudine exerceri: tum autoritate: quia in Leuitico causa prohibitionis redditur, *Quia mater tua est, Quia uxor filii tui est.* Et Augustinus de Civitate Dei, 15. libri 6. *Nescio quomodo inest humano verecundia quiddam naturale, atq; laudabile: ut, cui debet causa propinquitatis verecundiam, ab ea contineat, quae usque generatricem, tamen libidinem, de qua erubescere videamus & ipsam pudicitiam coniugalem.* Minorem probat; quia ultra gradum quartum nulla cognationis memoria.

V. Respondeo. Primum, hoc argumento refutari eam thesos partem, quae est de septem gradibus. Quia nimis eius diruatur fundamentum. Cum enim Bellarmino conueniat cum Alexandro & similibus in eo, quod sint prohibenda coniugia, quam diu memoria cognationis durat: tum in altero dñs 21. p. 20. discrepant, quoque duret memoria: Alexander asserbat ad septimum: Bellarminus Cardinalis, Alexandro Papa non cedit. Mirtamus Alexandrum. Sed si non ultra prohibendi sunt gradus, quae se memoria cognationis porrigit: & haec non porrigit se ultra quartum gradum: ergo non recte facta erat olim prohibitio ad usque septimum: quod tamen recte factum Bellarminus asserbat: quare, non tantum Alexandro Papa contradicit Bellarminus Cardinalis, sed etiam Bellarmino Cardinali Bellarminus Iesuita.

VI. Secundo, manifeste falsum, aut nullam, aut vix ullam cognationem agnoscit post quartam: imo & post septimam. De septima, antea obseruantur. De quarta, Canonista omnes aduersantur: qui & descendendo fratris filij non propinquit tantum nominant, quarto gradu, sed etiam ab nepotem quinto, & at nepotem sexto, & tri nepotem septimo. Sed & nos, qui ne Canonistis quidem habemus fidem, vterius etiam progredi memoriam scimus quam nomina. Sed de memoria etiam supra diximus, quae hic quoque vim suam habent.

VII. Tertio negatur maior. Non omnis reverentia contraria est coniugio. Nam etiam famulæ suis dominis reverentiam peculiarem debent: an familiarum cum dominis incesta connubia Iesuitæ definent, ut Abraham cum Agara, Iacobi cum Zelpha, & Bala? Omnibus etiam cognatis debetur & reverentia: & peculiaris reverentia: nimis singulis, pro dignitate graduum: alia patri, alia filio, alia fratri, alia patruo, & deinceps. Quod si non omnibus eadem, & tamen omnibus aliqua; ergo singulis peculiari. Itaque, si verum, non posse contrahi connubia inter eos, quibus est mutua reverentia peculiaris, omnes omnino gradus prohibendi erunt, non quartus duntaxat, & septimus, sed longe ulterius. Præterea, quis credat voluntate Deum abolitam omnem reverentiam ultra secundum gradum? Et tamen hic solus ab eo prohibitus inter collaterales. Quid? Mandatne Bellarminus nunc tandem in hac mundi senecta, quinto sexto vero gradui reverentiam deberi?

VIII. Quartu. Negatur iis verbis, *Mater tua est, Uxor filii tui est,* significati causam interdicti esse reverentiam peculiarem, sed ipsam cognationis propinquitatem. Breuiter: etiæ reverentia debeatur matri, debeatur nouer-

ce, debeatur nurui, tamen aliud est matrem esse & nouercam, & hinc. Est quidem omnis mater, etiam mulier: tamen cum legis, Ne ducito uxorem matrem, quia mater tua est: si interpretaris, quia mulier est, pessime facias. Augustinus vere dixit de verecundia, sed & haec alia est à reverentia: & non ponitur, tanquam causa interdicti matrimonij. Argumentum certum, quod eadem verecundia Augustinus aguiscat in pudicitia coniugali. At ut soluat coniugium? Sed & Petrus 1. 3. Vnde muliebri ut infirmiori tribu vult honorem.

IX. Enimvero, ipsum peculiatis reverentiae nomen indicat varios esse gradus, sive etiam species reverentiae: itaque cum *ad filios* opponantur reverentia & irreverentia, non omnis tamen irreverentia cuilibet opponitur reverentiae, sed peculiaris peculiari: non, inquam, reverentiae matris, reverentia filiae fratris, aut consobrinæ, sed reverentia matris, matris irreverentiae: reverentia consobrinæ, irreverentia consobrinæ. Itaque, et si concederem reverentiam matris impedire nuptias cum matre: tamen nunquam concessero impedire nuptias cum consobrini, sed tantum reverentiam consobrini. Quare nugatur, quicunque reverentiam dicit impedire matrimonium, debet enim: potius dicere hanc peculiaris reverentiam impedire hoc matrimonium, reverentiam, inquam, debitam consobrini, impedire coniugium consobrinæ: quomodo si diceret reverentiam septimi gradus, impedire coniugium septimi gradus. Quod cum ita sit, vel fallit mentiendo, quilibet reverentiam impedire quolibet matrimonium Bellarminus: vel appetit petendo principium, cum reverentiam tertij, quartive gradus ponit im pedire matrimonia tertij quartive gradus.

X. Poterat autem ab ipso Thoma, unde muruatus est argumentum, argumentum si firmitatem discere. Thomas enim respondens tertiaz obiectionis, distinguuit personas per varia cogitatione. In commissione personarum, inquit coniunctarum aliquid est, quod est secundum se indecens & repugnans naturali rationi, sicut quod commissio fiat inter parentes & filios, quorum est per se & immediata cognatio. Aliæ vero persone, quæ non coniunguntur secundum seipsum, sed per ordinem ad parentes, non habent ita ex seipsum indecentiam, sed variatur circa hoc decens, vel indecentia, secundum consuetudinem, & legem humanam vel diuinam. Vnde Caietanus elicit. Coniunctio reliquarum personarum (quæ nimirum in 2. membro Thomistica Distinctionis) cum annexare reverentia naturali, non efficit, quod commissio talium sit secundum se indecens, & repugnans naturali rationi, sed cum ipsa sit, quod sit commissio talium decens, vel indecens, secundum consuetudinem, vel legem diuinam vel humanam. Et per hoc habetur: quod talis commissio non ex terminis, sed ex consuetudine vel lego superveniente, redditur decens vel indecens. Sic duo Thoma: ex quorum sententia potuit Bellarminus aduertere, non esse hanc irreverentiam causam legis prohibientis, sive quatuor, sive septem gradus: sed contra legem prohibentem hos, sive quatuor, sive septem gradus, causam esse irreverentiae: itaque in hoc argumento nihil esse praeter meram *adversariam.*

XI. Quarto: quod ait, non posse nuptias exerceri absque aliqua turpitudine, turpitudinem dicit, vel peccati, vel incivilitatis. Illam, quae opponunt iustitiae, quam à nobis Deus exigit: ideoque turpitudine est apud Deum: hanc vero, quae honori, quo alij alios præuenire debemus ex charitate. Illarum distinguitur, ut sit peccatum ex suo genere, vel per accidens: Peccatum ex suo genere, ut adulterium, stuprum, incestum, furto: per accidens, ut quae per se vel bona sunt, vel *admodum*, cum non sint bene. Non posse nuptias, in quatuor, vel septem gradibus ullas exerceri absque peccato, quod sit peccatum ex suo genere, nego: atque adeo hoc ipsum est, quod queritur. Non posse exerceri absque peccato per accidens, concedo: sed nego hoc genus peccati aut impedire, aut dirimere nuptias, alioquin nullæ nuptiae hominibus constarent. nam omnibus hoc peccatum annexum est. De peccato autem incivilitatis: primum nego nullas nuptias intra quartum, septimum vel gradum exerceri posse absq; eo. Deinde nego id peccatum aut impedire, aut dirimere, quascunq; nuptias.

XII. Denique Bellarminum moneo, veram propriamque incesti causam, atque adeo formam esse Abominationem, quam Moies, neque aliam describit Leuitici 18. Neque polluamini in omnibus istis: per hanc enim omnia polluerunt se gentes, quas ego cieci sum à facie vestra. Polluta namque est terra: & visitavi iniquitatem eius super eam: euomuitque terra habitatores suos. Custodire itaque statuta mea, & iudicia mea: & ne faciatis aliquam ex omnibus abominationibus istis. Atqui connubia cum omnib. gradibus sive intra septimum, sive intra quartum non sunt abominatione apud Deum: quod probatur, quia ipse Deus permisit ultra secundum gradum.

XIII. Sequuntur tres aliae rationes, quas uno pugione confudit Caietanus in eum Thomæ locum, Naturalis indecentia per tres ultimas rationes allata non est talis indecentia, qua constitutæ personam inhabilem ad coniugium, sed ad causetam consequentis mali, vel impediti boni spectat. Quid ergo promovet Sophista? Quod illis est laboris, sive operæ precium sive præmiū? Sed has tamen rationes singulas expendamus.

XIV. Secundam Bellarminus ita descripsit. Parentes & filii: fratres & sorores: avi & nepotes: nouerca & priuigni, in eadem domo habitant, & assidue noctu & interdiu simul versantur: ceteri etiam propinqui crebro & fidenter propinquos adeunt, & cum illis manent. Ut autem ista intima consuetudo innoxia esset, oportuit omnino inter eiusmodi personas coniugium interdicere: alioquin tria mala in de nascientur: vnum, quod nimis facile, citio at temere matrimonia cœiliarentur: Deinde maxima præberetur incestib. occasio: facilius n. peccata committuntur cum eis, cum quib. ius est matrimonij contrahendi. Denique essent omnia plena malis suspicionibus, & affabilitas, blanditiae & oscula, quæ nunc inter propinquos pietatis sunt, tunc libidinis esse non immerito crederentur. Expediam partes seorsim. Nemo debet in coniugem ducere eam, quicum licet familiariter versari. At cognatis ad quartum gradum licet familiariter inter se versari. Ergo cognatis ad eum vsq; gradum non licet matrimonia contrahere. Probatur maior tribus illi s' incommode.

XV. Respondet Caietanus, *Mollities animi ex nimia opportunitate personarum ad coniugium habilium, que ex secunda ratione cauetur, ad defensum persona consequentem ex abuso familiari seu domesticæ conuersationis*

speciat:

Peciat: nam rectaratione conuersantes, donec à parentibus deputati essent coniuges, ad huiusmodi amorem non declinarent, ut patet de Jacob & consobrinis eius, quas post habuit in uxores.

XVI. Ego distinctius. Primo, Assumptionem non esse necessariam aut vniuersalem gradibus septem: ne quatuor quidem. Itaque Tappetus de prohibitionibus Mosis. *Arcebantur, inquit, in lege à coniugio solo perso[n]a, quas necesse est simul commorari: & hoc, ne nimia daretur venera commixtio[n]is opportunitas.* Nota igitur solas eas personas, quae prohibite sunt in lege Moysis necesse esse simul commorari. Et sanc solent viuere elocari in alienas familias: quare non omnes consanguinei manent in eadem domo: multo minus omnes affines. Itaque hanc ob causam, et si concederetur maior, nihil necesse fuit, sive quatuor, sive septem gradus prohiberi. Rebecca adeo non erat familiariter versata cum Iacob, ut ne desponsata quidem sponsum agnosceret. Genes. 24.

XVII. Præterea negatur maior. Nam etiam ancillæ familiarissime versantur in heri familia, attidue, noctu, diuque: sed & discipuli cum magistris omne genus attium. Nec tamen interdicta fuere vñquam, aut etiam interdicti oportuit ancillarum, cum heris, connubia. Atq[ue] adeo, quantumcumque hæc familiaritas aut sit, aut esse possit, tamen Deus ultra secundum gradum omnes voluit esse liberos. An Deum Bellarmino gratificabimur ignorasse, quod esset, quantumue oporteret esse ius familiaritatis?

XVIII. At connubia, inquit, emere contrahentur. Primum hoc negatur: neque enim Bellarminus tanti, ut affirmanti, & nihil nisi affirmanti tam facile deferamus. Contra pouis, familiaritas obstat temeraria coniugii. Quia nulla maior temeritas, quam visus patrum rei incognita: ideo quo res erit cognitor, hoc minor temeritas. At per familiarem conuersationem persone sunt cognitiores, ut ne minima quidem, atque inde occultissima via latere possint: quæ facillime larent alias. Secundo: etiam si concederemus hoc incommodum, tamen vis argumenti nulla esset: nam ultra quartum, septimumue gradū, plurima sunt coniugia temeraria: argumento vel frequentissimorum diuortiorum apud Romanos: quotidianarumque omnibus seculis rixarum omnibus locis: imo & adulterorum. Nec tamen censet Bellarminus, ultra quartum, alii ultra septimum gradum, prohibitionem produci.

XIX. Maxima præberetur incestibus occasio. Ridicule, inquam, & præter Bellarmini dignitatem: nisi non esset præter digna tem Sophiste puerilis petitio principii. Quid enim est incestus? Audio Lombardum de mitem, abusum consanguinearum, vel affinitum: sed eam definitionem nimia laxitate disfluentem oportet cohiberi. Nam ultra quartum gradum quædam sunt & affines, & consanguineæ, quarum abusus, non incestus est, sed fornicatio. Itaque opportune Altenstaig, *Incestus est concubitus, & non nisi cum vera cognata vel affine, & non est incestus, nisi in gradu prohibito lege natura, a qua est sola consanguinitas vel affinitas vera.* Vide ergo acumen Bellarmini. Si non prohibeantur connubia intragradum quartum, occasio dabitur abutendi cognatis intra gradus prohibitos. Atqui, ô bone, si non prohibeantur ii gradus, non erunt prohibiti. Tu igitur, qui probare debes esse prohibitos, fecissime supponis esse prohibitos. Et non potest flagrare magister? Multo nos iudicioius. Non prohibeantur cognatorum matrimonia, labiatum iridicimus omnem occasionem incestum.

XX. Omnia essent plena malis suspicionibus. Cur istud? An quia, inter quos licita sunt matrimonia, nihil esse potest non suspecti? Prohibeantur ergo in vnuersum omnia coniugiorum commercia. Nam profecto nusquam ferenda sunt suspiciones malæ. Sed Jesuitæ non educati, nisi in suorum claustrorum gurgitius, non sunt idonei ciuitatis moderatores: Non Carthusiani, non Capuccini, quos audio fœminarum vestigia, si quæ forte fœminæ claustra ingrediantur, palcis accensis amburæ: adeo fugit malas suspiciones: adeo illis perlausum à nimia familiaritate hæc oriri incommoda. Sed quid si nos hoc eorum exemplo rem attendamus diligentius? Nam illis hæc fulpicio oritur ex seuero interdicto, ne quid illis sit cum mulieribus commune: ast, vbi hæc interdicta non sunt: ne suspiciones quidem. Cur non ergo dicamus veram rationem præcidendarum suspicionum malarum hanc esse, si tollantur interdicta? Itaque rursus erit petitio principii.

XXI. Tertia ratio est Bellarmino: Per matrimonia coniunguntur & colligantur homines vinculo necessitudinis. Quod si inter propinquos matrimonia contrahantur, perit hic fructus amplissimus propagandæ necessitudinis: nam ad vnam personam multa vincula inutiliter restringuntur, quæ in multis utilissime spargi potuissent.

XXII. Respondet Caeteranus, *Impedimentum multiplicanda amicitia, quod in tertia ratione assertur, manifeste ad bonum non debitum, sed ad bene esse spectans respicit.* Non enim tenetur quis, nisi forte in casu, cum extraneo tamen scilicet per coniugij vinculum: sed hoc ad bene esse humana amicitia confert. Nempe, quod ad bene esse duntaxat pertinet, non cogitur necesse statu legis: sed permittitur libera voluntati. Sic nemo cogitur literas discere: nulla lex imperat vovere castitatem: nulla distribuere omnia sua bona pauperibus. Tu ergo sane, si placet, consulto, ne consobrinis filiam Titus ducat: & eligat aliquam potius ex media Græcia, ut amplietur necessitudo: sed si iubeas, vide ne tyram agas.

XXIII. Rursus, negatur consequentia: si inter propinquos matrimonia contrahantur, ergo non spargi in multis personas necessitudinem. Non enim si quidam gradus liberi sunt, ideo, non liberum est, coniugia inire cum iis, ad quos ii gradus non pertinent. Neque vero in populo Iraclitico is defectus vñquam obseruatus. Quid? quod ne inter Ethnicos quidem: eos, inquam, quibus omnia erant promiscua? Quanquam, si incommode in est non spargi consuetudinem in multis, quanto maius, non spargi in viis? Atqui hoc incommode est ex coelibatu. Quod si non propterea Papistæ censent inhibendū coelibatum, q[uod] officiat, ut omnino necessitudines non multiplacentur: imo extinguantur potius: quanto minus sani inhibebunt nuptias, tertio, quartoque gradu, quæ non inhibit omnino, sed tantum leuisime coercent.

XXIV. Præterea considerandum fuit bonis ipsis legislatoribus, non tantum in eos spargendam esse necessitudinem, qui sunt alieni à cognitione: sed etiam renouandam inter eos, in quibus cognitionis vinculum paulatim extinguitur: itaque permittenda esse connubia quædam etiam cum cognatis: neque expectandum, dum omnino perierit omne cognitionis vestigium.

XXV. Supereft quarta & ultima ratio, ab vsu moderato officii coniugalis. Cum enim naturaliter consanguinei dirigitur, si adderetur etiam amor coniugalis, creceret plus debito carnalis amor. Quæ ratio ex Aristotele in 2. politice, defuncta est.

XXVI. Primo fuit responde Rubeus, *Crediderim pulchritudinem magistræ mulieris alicuius potius mouere ad libidinem, quam vinculum consanguinitatis:* Et tamen, quis agitur, cum muliere pulchra non posse matrimonium contrahit? *Vinculum enim consanguinitatis ac matrimonii, cum diversa sint vincula, non nisi per accidens unum ad intentionem alterius amoris facere videtur: id autem quod est per accidens, ab omni arte excludi debet.* Quod Ecclesia animaduertens, non remanet super huiusmodi matrimonii dispensare, præfertim causationabili expostulante. *Quod autem per accidens ardor ille coningat, manifeste ex eo habetur signo, quod consanguinei dispersati non plus ardore videntur, quam aliis coniuges, ut dictum est.* Apud enim Ierusalem, sed non rectam rationem sequentes id accidere potest, cui Ecclesia minime respicere habet, quæ res iuxta rationis terminos, & non sensus, qui nobis cum bestiis communis est, diuidicare habet. Caeteranus etiam, *Secundum (hoc intelligit incommodum) forte nullum est, si consuetudo esset, ut consanguinei coniuges essent. In cuius signum consanguinei, dispersari ad coniugium, non plus ardore videntur, quam alijs coniuges.*

XXVII. Respondens ergo: primo negari consequentiam, si cognatis intra septimum quartumque gradum permittantur nuptiae: ergo futurum immoderatum amorem: non, quod non ita accidat: sed quod non necessario. Rursus, si immoderatus sit amor, ergo prohibenda coniugia, negatur sequi. Nam amoris carnalis excessum frequentissimum etiam in non cognatis, quis ausus negare? Et tamen nemo prohibet non cognatos coniungi. Quare nulla hæc legitima causa est incestus.

XXVIII. Non pluribus molestus fuit Bellarminus. Olim leuiores cause quæsitæ, quas habes apud Lombardum, libri quarti, distinctione quadraginta. Unus aliquis dixit: septem gradus ideo computari, ut post septimum sponsus sponsæ iungatur: sicut post hanc vitam, quæ septem diebus agitur, Ecclesia Christo iungetur. Alius quidam, vñque ad sextum generis gradum consanguinitas constituta est, ut sicut sex ætatibus, mundi generatione, & hominis status finitur, ita propinquitas generis tot gradibus terminetur: Synodus Lateranensis sub Innocentio tertio. Quaternarius numerus bene congruit prohibitioni coniugii corporalib[us]: quia quatuor sunt humores in corpore, quod constat ex quatuor elementis. Videlicet ingeniosulos homines sibi plaudentes? Mirum, non surrexisse qui succinere quinque esse corporis sensus: ideo quinque gradus determinando: aut qui suggareret ternarium esse perfectum, itaque tres gradus numerando. Quid? nemone villes habuit binari laudes, ut Dei prudentiam commendaret subsistentem in secundo? Sed his nugis si indulgeamus, & decimum commendabimus, & centesimum, & quem non?

XXIX. Bellarminus illam rationem sumptam à quatuor humoribus, negat ut primariam adferri, sed ut congruentiam: neque tamen ineptam esse, aut ridelicet: quia enim homo conatur ex quatuor elementis, colligi admodum probabilitate, in quarto gradu penitus deficere vim illam languoris eiusdem, quæ à primo stipite trahitur. Nam in permissione languinis, id quod est subtilissimum: nimurum, vim igneum primo confundi, secundo vim aeream, tertio aquam, quarto terream: quare in quarta generatione totam perire.

XXX. Sed primum, cur neget adferri tanquam primariam rationem, non video: & amplius dico adferri non primariam, sed solitariam. Egregiam vero legislatorum prouidentiam, qui in sancienda lege, cum nolent omnibus rationes recentre: ex omnibus eam delegerunt, quæ esset non primaria: mittitam primariam: quæ non esset saltem necessaria, aut denique certa: sed pro primaria, pro necessaria, pro certa, ea contenti fuerunt, quæ tantum nec inepta esset, nec ridicula: denique duntaxat probabilis. Certe, aut omnes oportuit recentitas, aut potiores delectas. Sed hoc genus hominum videlicet, magis autoritate sua nititur, quam vila ratione: & si quando meminerint, meminerunt tantum dicas causa.

XXXI. Sed quæ probabilitas maior, quam in reliquis numeris? Quatuor humores: ergo quatuor gradus. Par pari refero, quinque sensus: ergo quinque gradus: septem ætates, ergo septem gradus. Videlicet vtrinque quæ numeros respondere? Cur non æqua probabilitas? Sed consumitur vis ignea, inde aerea, tum aquæ, denique terrea. O acumen! & eruditio! & ingenii miraculum? Quis vires, aut cuius rei? Corporis an gradus? Si corporis: patior esse aliam igneam, aliam aeream, aliam aquam: denique terream, & concedo paulatim quamque, & forte, ordine consumi. Sed hoc quid ad rem? aut unde consequentia, hinc ad gradus? Non enim tot humores viri sunt, quot in cognitione gradus, Nemo quod sciām, id vñquam deuiniūt. Qui essent? cum nec in eodem illo corpore, cuius sunt quatuor humores, quatuor sint ætates tantum? Numerantur enim sex, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, senectus, decrepitu. Cur ergo verisimilius, quarto gradu finiri cognitionem, quam quarta ætate, definire hominem.

XXXII. An igitur vires illæ graduum sunt: primi ignea, secundi aerea, tertii aquæ, quarti terrea? Nouam philosophiam: &, puto, nunquam Aristotelii cognitionem. Sed si sunt: primo, quid prohibet, quomodo in corpore dispensantur ea vires paulatim per sex ætates: sic in cognitione per sex gradus, aut etiam septem, & plures? Præterea, si vis ignea tota consumitur in primo gradu, cur in reliquis metuendus ille feruor libidinis, quem nobis paulo ante obiciat tanquam ~~deinde~~ ^{deinde}? Nam in ætatis ita videmus fieri, ut, quæ plus amittit sui ignis, minus sit in venerem potens: exemplo vel Davidis 1. Reg. 1. Adeo nihil est periculi, si coerceatur prohibito circa quartum.

XXXIII. Gregorius Magnus ratione nitebatur, quam præterea nemo dignatus est vel commemoratione: omnium potentissimam, si quid haberet veritatis, Experimento didicimus, inquit, ex tali coniugio sobolem non posse crescere: unde necesse est, vel quarta, vel quinta generatione fidelium licenter sibi coniungantur. Sed videre alii facile, factum esse ex tempore à bono viro, quod nunquam esset expertus. Contravero, felicissimam fuisse & Isaaci, & Iacobi prolem, cum

vterque consobrinam duxerit.

DE GRADIBVS MATRIM. IMPED.

CAP. IX.
De Dispensatione.

I. Nunc inquiramus in alteram questionem, utrum sit standum prohibitionis diuinæ eorum graduum, quos Moses enumeravit in Leuitico. Nam Papistæ ita prohibitos concedunt, ut dispensationi faciant obnoxios. Dispensationem appellant, cum permittitur id ipsum usurpari, quod lege prohibetur, Lælius Zecchius de Republ. Ecclesiast. c.2. *Dispensare est ex facultate habita aliquam subditum à lege eximere, concessa illi licentia & facultate sine qua legi esse obnoxium, & sic licentiam illi concedere, ut aliquo casu veniat contra legem.*

II. Rubeus in quartum Sententiarum, dist. 41. *Commissione inter patrem & filiam: & inter filium & matrem iure prohibetur natura, cetera vero commissiones ab illa consanguinitatis, & tanto minus affinitatis, minime iure prohibetur naturali. Et post, Solus primus gradus consanguinitatis in linea recta impedit & dirimet matrimonium iure natura: adeo quod inter parentes & liberos nullo modo poterit cadere dispensatio aliqua humana, ut inter eos matrimonium esse possit: at inter reliquos omnes consanguineos, Pontificia auctoritate si sibi placuerit dispensare, posset esse: & si non dispensaret, non esset ex potentia, sed quoniam aliqua de causa nobis occulta Pontifici summo non liberet. Etne id putes meram esse in umbra garrientium Sophistarum nugacitatem: quomodo plerunque disputant quæ neque sunt, neque fuerunt, neque futura sunt: audi Caietanum, in artic. 9. q. 154. in Thomam 2.2. *Quod Papa possit, ex gestis Romanorum Pontificum patet. Nam Modernus Rex Portugallie Emanuel duas sorores, quarum altera superest, successive uxores habuit: ita, quod etiam cum prima consummaverit matrimonium. Moderna quoque Regina Anglia, consummauerat prius matrimonium cum olim fratre istius Regis Anglie sui mariti. Ferdinandus quoque iunior Rex Sicilia circa Pharam, sororem patris sui Ioannam, q. adhuc superest, in uxorem duxit, dispensante Alexandro sexto. F&c autem constat esse in diuina lege prohibita. Addit ex commentario quinto Bellaii. Andreas Auria Papam adibat, ut priuigno veniam obtineret, quæ lege solutus Antonii Leu minorem filiam in matrimonium duceret, cuius antea maiorem habuerat, id quod etiam impetravit. Et ex Francisci Lopez Historie Indicæ lib. 6. cap. 14. Petrus Aluaradus ex Papa dispensatione duas sorores duxit, Franciscam & Beaticem de la Cuenca. Hoc durius ex Angeli Clauasi summa in Papa, Dominus Archiepiscopus Florentinus in summa dicit se audiuisse à fide dignis, quod Martinus quintus habita consultatione cum multis doctissimis viris in sacra Theologia & iure canonico dispensauit cum quodam qui accepérat germandum suum in uxorem. Quod ipsum habes apud Almianum de Potestate Ecclesiastica, c. 13.**

III. En tibi Paparum ingenium: qui, cum magnam severitatem ostentarunt: ac pene Deum ipsum accusarunt mollitie, cum frena nimium laxasset luxuriae: nunc subito, ita compatiuntur suis bonis ouiculis: ut non tantum quæ ipsi leges præscriperant, patientur violari, sed ipsas illas, quæ ab eorum autoritate non pendent, sed pendent à diuina, nunc subito condonent transgressoribus. At nostra constans sententia est, additios illos gradus, melius fuisse non prohiberi, quam prohibitos dispensari: quomodo Innocentius terrius septenarium numerum antiquauit: At primarios illos à Deo signatos, esse supra omnem humanam potestatem. Nuptias in iis contractas, vere esse incestas, ac proinde, ut verbis vtr Epaenensis Concilii, nullo coniugii nomine palliandas: quæcumque tandem cuiuifcunque creature dispensatio prætendatur.

IV. Disputat Bellarminus c. 28. primum gradum consanguinitatis, tam in directa, quam in transuersa linea: item primum affinitatis in directa prohiberi iure naturæ, nec ab homine dispensari posse. Sed c. 27. non omnes, qui exprimuntur in Leuitico. Hoc ut conficiat, abutitur iure naturæ profundamento, quasi in hanc formam: *Quæcumque sunt indisponibilis ab homine, ea sunt iure naturæ prohibita. Ait hi gradus non sunt omnes iure naturæ prohibiti. Ergo non sunt omnes ab homine indisponibilis. Minorem confirmat tribus argumentis, quæ paulo post video.*

V. Nunc respondeo, negari maiorem. Quædam enim esse iuris non naturalis, quæ tamen sunt indisponibilis: nimirum, quæcumque iuri sunt diuini, quæ ipsi sunt duum generum, alia perpetua, ut quæ moralia dicuntur: alia non perpetua, sive politiua. Et hæc, rursus duplicita, ceremonialia & politica: qualia illa, quæ solis Iudeis erant vi legis Leuitice imperata: omnia indisponibilis ab homine: ut non tantum honorare patrem ac matrem, sed etiam circumcidere, abstinere à porcina, opus seruile ex exercere sabbato, & multa similia, quæ tamen nulla erant de iure naturæ.

VI. Secundo nego minorem. Hanc Bellarminus probat, ut dixi, tribus argumentis: quorum primum à diuersitate penarum, sic formandum. Quæcumque sunt prohibita iure naturæ, puniuntur æqualiter. At coniugia horum graduum non puniuntur æqualiter. Ergo non sunt omnia prohibita iure naturæ. Assumptum probat ex Leuitico 20. Nam coniugium parentum cum filiis: item fratris cum sorore, puniuntur pena mortis, & copulantur cum adulterio & sodomia. At coniugium nepotis, id est, ιερείας (nam nepotis vocabulo Bellarminus abutitur) cum amita, vel materter: item nepotis, cum uxore patru: leuiisque cum uxore fratris, puniuntur leuius, nempe priuatione filiorum, ut non adscribantur iis filii.

VII. Respondeo negari maiorem. Nam inæqualitas penarum non arguit contra naturam, sed contra æqualitatem peccatorum. At peccata contra ius naturæ nihil prohibet esse inæqualia: ideoque inæqualiter puniri. Exempli gratia, grauius est blasphemia mendacio, grauius adulterium fornicatione: grauius homicidium furto: & tamen hæc omnia peccata sunt contra ius naturæ. Enimvero graduum distinctio non est frustanea: agnoscitque Bellarminus grauius incestum esse parentum & liberorum, leuius autem fratrum: & tamen utrumque esse contra ius naturæ.

VIII. Præterea obseruandum Leuit. 20. agi de penis politicis inferendis à magistratu: non de propriis peccatis penis, quæ pertinent ad iudicium diuinum. Harum autem longe aliam esse rationem nemo dubitat: nec dubitat harum proprie intuitu, abstinentum esse à peccatis. Itaque Leuit. 18. cum ipsa ponuntur interdicta, ratio interdicendi non sumitur ab his.

ciuibus penis: sed à iudicio diuino, nempe, ut vidimus, quod ab omni natione, & quod vniuersus populus, si has abominationes admitteret, cunctus esset à terra, instar Chananaeorum.

IX. Secundum argumentum: Si omnia illa præcepta essent naturalia, semper obligarent, etiam ante legem latam, quemadmodum obligabat lex de non occidendo, non moechando, non furando, non mentiendo, ante quam à Deo per Mosen populo suo daretur. At posterius falsum. Hoc probat: quia si semper obligasset, nunquam sancti viri, & amici Dei contra leges eas matrimonia contraxissent. At contrarerunt: nam Jacob duas sorores habuit, Genes. 29. Iudas, Genes. 38. dedit filio sua secundo genito uxorem primogeniti defuncti. Moses Exod. 6. & Numer. 26. natus est ex coniugio nepotis cum amita.

X. Respondeo, in priori syllogismo concedi consequentiam, negati assumptum. In posteriori contra, concedi assumptum, negari consequentiam. Neque enim sancti omnes nunquam nihil sibi permisérunt aduersus legem, qua lege tenebantur. Sanctus fuit Lot, & tamen vius est filiabus suis: quod ne Bellarminus quidem negat esse contra naturam, ideoque obligasset ante legem Mosis. Inebriatus est Noe, & tamen contra naturam. Abraham mentitus, & quidem bis eadem in re, cum negauit, saltem indirecete, Sarum esse uxorem suam: & tamen mendacium est contra naturam. Iudas ipse, Genes. 38. abutitur nuru sua: ignorans quidem esse nurum: ac proinde incestum committens ignoranter: sed non ignorans non esse uxorem suam: itaque saltem scortationem simplicem admittens sciens volens. Mille dari possunt exempla similia. Vnde manifestum, ex legibus iudicandum esse de exemplis: non ab exemplis violandam legum sanctitatem.

XI. Instar Bellarminus, nullo modo dici posse istos Patriarchas peccasse in iis matrimoniis. Nam, licet aliquando ut homines peccauerint, tamen perpetuo in peccato manere, non esse sanctorum & amicorum Dei. At illi manserint semper in peccato.

XII. Sed contra, peccasse istos Patriarchas, putamus non esse negandum. Neque verum, recessisse amicos Dei ab omnibus peccatis. Primi Reg. 15. Asa rex Iuda, fecisse dicitur rectum ante conspectum Domini, sicut Dauidem patrem eius: vnde promptum colligere, fuisse amicum Dei: nam diserte, Cor Asa perfectum erat cum Domino Deo suo cunctis diebus suis: Tamen, excelsa autem non obstat: quod in Rege peccatum fuit: nec obseruatum, nisi fuisse peccatum. Similiter Asa filius Iosaphat 22. Et ipsa matrimoniorum ratione, quid Abramum, Iacobum, Dauidem, Solomonem dicimus? Nam hi omnes amicissimi Deo fuerunt: & tamen Polygami; ad extremum usque spiritum. Polygamiam tamen, tum ex parte viri, tum ex parte uxoris iuri nature, rationique matrimonii repugnat, tum colligitur ex institutione matrimonii, & verbis Christi, Matth. 19. tum Bellarminus ipse ponit cap. 10. disertis verbis: & cap. 11. ipsi Patriarchis amicis Dei non licuisti, nisi per dispensationem. At dispensatio eiusmodi nulla datur, nisi per dispensationem.

XIII. Instat secundo. Si illegitima fuere eorum matrimonia: ergo liberi fuere spuri. Imo, inquam, ante legem latam à Moysè, nulla fuisse legitur distinctione filiorum legitimorum, & spuriorum: sed omnes eodem filiorum & nomine, & ordine habiti. Sic Genes. 4. Lamet, qui primus omnium legitur polygamiam inuexisse, & contra legem naturæ, & fine dispensatione diuina: itaque illegitimo matrimonio vius, filios genuit ex vita uxore Ada, & Sella, qui omnes in eius posteritate æque numerantur. Tum autem Genes. 19. quos pepererunt filii Loti patri suo, censemur filiorum ordine. Præterea consequentia non est necessaria. Nam ex illegitimis nuptiis possunt legiti esse liberi, per dispensationem.

XIV. Sed dispensatum fuisse in his casibus negat Bellarminus: quia ex 28. fatis apparet fuisse consuetudinem loci, ut duas sorores unu viro coniungi possent. Nam Laban cum decepit Iacobum, obtrusa una sorore pro altera, conquerenti obtulit alteram, & ille nihil dubitans acquieuit: neque postea parentes reprehenderunt, neque factum purgavit Iacobus. Præterea nulla apparet eius dispensationis causa.

XV. Respondeo, de consuetudine loci dupliciter: primo, non sequi hanc fuisse: quæcumque enim argumenta Bellarminus profert, personalia sunt, non publica. Quis autem neficit, multa similia occurserunt singulorum peccatis? Nam, qui semel animo inclinat in vitium, facile sibi omnia indulgent. Laban astutus ac vafet, commodum suum captabat: Iacob amore plenus, suo affectui seruiebat: quis miretur neutrum disputasse? Neque parentes reprehendisse, neque Iacobum excusasse, Scriptura non dicit, neque neceſſe fuit tam minuta conqueriri: fieri etiam potest, ut sit verum: sed argumenti vis nulla. Nam Iudea incestus, aut certe adulterium, nemo parentum obiurgavit, ne ipse quidem excusavit.

XVI. Secundo, ut concedamus hanc fuisse loci consuetudinem, nego sequi qui non fuisse à Deo dispensatum. Neque enim dispensatio opponitur locorum consuetudinibus, sed peccato: possunt autem & locorum consuetudines esse peccata. Etenim, cum vidit Iudas malicie stantem in via, & iudicauit meretricem, adeo ut nulla mors eam adiuverit, facile inde indicium, si: consuefuisse iis locis fieri. Quis peccatum negat?

XVII. Nullam fuisse dispensationis causam, cur negat? Aut cur non potius, occultam fuisse? Neque enim Deum necesse est nihil agere, cuius causam nobis non reuelat. Quanquam nos causam idoneam videamus, misericordiam, quam ille non subducit à suis, etiam peccantibus, & quidem gravissime. Hæc nobis satis superque cauſa est, neque mysterii quicquam inquirimus ultra eam.

XVIII. Tertium argumentum, Quæcumque præcepta iure naturæ constituta sunt, sine dubio sunt vniuersalia. At hæc non sunt omnia vniuersalia. Ergo nec iure naturæ constituta. Assumptum probat. Si essent vniuersalia, ergo intra eundem gradum omnia matrimonia essent illicita. At non fuerunt illicita. Hoc probat, quia eodem gradu sunt nepos (filium fratris inteligit vel sororis) & amita sive materter: item neptis, & patruus sive auunculus: & tamen illorum coniugium prohibetur, non item horum. Rursus prohibetur coniugium cum uxore fratris etiam defuncti: at non cum sorore uxoris, nisi hac viuente. Item, matrimonium interpatruos non est prohibitum: & prohibitum tamen cum amita, quæ est eodem gradu. Præterea Abraham & Nachor, Genes. 11. duxerunt uxores duas filias fratris Aram: vnde sequitur non esse contra ius naturæ, ut patruus filiam fratris ducat. Denique lex iubebat fratris defuncti uxorem assūmi.

XIX. Re-

XIX. Respondeo, negari minorem prioris syllogitini. Ad secundum syllogitimum, primo obseruari iubeo, non distinxisse Deum haec interdicta per gradus, sed per cognitionem nomina. Gradus autem postea excoita-
tos, & quidem, multis intercedentibus seculis, specie quadam iuuandæ memoriæ, indeque iudicis; sed re vera multam in obscuritatem existit, multipli-
catisque esse in infinitum scutulis, quibus expedire se ipsos vix possunt, vel
ii qui se profitentur huius scientiæ, si est scientia, consultissimos. Dei au-
tem methodum esse facilimam, & accommodatissimam etiam rudiissimis
ingeniis. Quare, etiam si non prohiberentur coniugia cum patruis & au-
nuncitis, aut cum sorore vxoris defunctæ, tamen non propterea non viuens alia
essent interdicta; amitæ, materteræque, & vxoris fratris: nimis, quia eti-
am gradus, tamen non eadem persona: non autem gradus designati, sed
personæ.

XX. Secundo, argumentum est extra rem nostram, non enim probat
ab hominibus, id est ab Ecclesia, aut dispensatum fuisse, aut dispensari po-
tuisse: sed tantum à Deo non fuisse interdictum: quod longe est aliud.

XXI. Tertio nego assumptum: & examino sigillatum opposita exempla. Prohibitum esse cum amita materteræque coniugium concedimus: esse
eodem gradu patrum & filiam fratris, concedimus, sed non prohibitum
coniugium patri cum filia fratris non concedimus. Si enim similem ea-
dem sit ratio: & sunt similes, quicunque in eodem gradu: ergo idem æque
permitti aut prohibiti.

XXII. Instat Bellarminus. Primo, argumentum à simili in legibus pro-
hibentibus non valere: has enim esse odiosas, ideoque non laxandas, sed re-
stringendas. Deinde consequentiam non esse à simili, sed à minori. Nam li-
cerunt in eodem gradu, tamen turpius esse coniungi filium fratris cum amita,
quam patrum cum filia fratris: quia vxorem subiici oporteat: sit autem in-
decens amitam subiici fratris filio: non item patruo fratris filiam.

XXIII. Respondeo ad prius. Primo infirmari hoc ipsum axioma à Pa-
pistis in hoc ipso negotio: quia eadem ratione moti interdictum amplia-
runt olim quidem ad septimum, postmodum autem ad quartum: Nec tan-
tum in verisimilibus, sed etiam in iis, quos sibi similes fixnerat: nam quia in-
duxerunt in animum, rationem consanguinitatis collateralis repetendam
tantum à stipite, ideoque eodem gradu esse omnes in diuersis lineis directis,
omnium pariter coniugia interdixerunt, nulla odiosæ prohibitionis habita-
ratione. Itaque non legitime hoc argumento pugnare aduersum nos, qui ei
argumento lumbos fregerunt.

XXIV. Secundo, quod negatur non valere argumenta à simili, intelli-
gendum de similibus rationibus, non similibus exemplis. Exempla dico similia,
quaे individua sunt eiusdem speciei: sive species eiusdem generis, ut
fuit Abrahamus, & Isaac: Noe & Sem: Adam & Set, qui omnes ad gradum
primum pertinent: item Sem & Cain: Isaac & Israel: Iacob & Esau, qui ad
secundum: haec exempla sunt individuorum. At pater & filia, mater & filius
species sunt eiusdem generis: quia, etiæ individua non significantur, tamen
eadem definitione comprehenduntur. Quæcumque autem ita sunt similia,
ut comprehendantur sub eadem specie, aut sub eodem genere, haec omnia
nemo negat eodem iure comprehendendi: sic non tantum Isaac non licet Saram
ducere, sed ne Iacob quidem Dinam. Similes autem rationes differunt
sepe ab iisdem: nam illæ non per omnia concurrunt, sed ex parte tantum: at
ista non possunt à seipso differre: similis ratio est, fermenti ad totam mas-
sam: quaे vnius peccatoris ad totam Ecclesiam: similis ratio sageræ ad ma-
tre, quaे Euangeli ad mundum. Dico igitur in similibus rationibus, non esse
semper conclusionem necessariam: quia omnis, ut aiunt, similitudo claudi-
cet: sed eiusdem, contra: ideoque etiam exemplorum similium, quia ho-
rum ratio est non similis, sed eadem, quia idem genus, aut certe spe-
cies.

XXV. In hoc negotio, nego esse rationes similes, sed potius rationem
eandem: quia, etiæ diversæ sint personæ, ut genus idem: quia præter sexum
nihil mutet. Nam patrui cum filia fratris, & amita cum sororis filio cognatio,
eiusdem est definitionis, si modo solum sexum mutet. At sola lexus muta-
tione non efficit diuersum gradum, consentimus omnes, & experientia do-
cat: quia non magis interdictum Saram, Isaac copulari, quam Diæ Iaco-
bum.

XXVI. Ad secundum, ex iam dictis patet responsio. Nam si eadem
ratio est, non potest esse argumentum à minori. Quod autem notat esse in-
decentius materteram subiici, quam filiam fratris, est ita συγματις. Neque
enim haec illa ratio est prohbitorum nuptiarum: alioquin non tantum o-
porteret minus incestum esse patris cum filia, quam filii cum matre, & fratris
primogeniti cum sorore, quam sororis primogenita cum fratre: sed etiam
incestus esse cuiuscunq; viri minoris natu, cum quacunque muliere maio-
re: item prohibendum est, ne regina quenquam non regem, maxime ex sub-
ditis suis, virum acciperet. Quæ si aliena sunt sensu communi: Ergo certum
delirare Bellarminus.

XXVII. Alterum exemplum fuit, prohiberi coniugium cum vxore
fratris, sive viui, sive defuncti: at non cum sorore vxoris nisi viuentis. Locos
recito ex 18. Leuit. Vxorem fratris sui nullus accipiat. Turpidinem vxoris frat-
ris tui non reuelabis: quia turpitudine fratris tui est. At post, Sororem vxoris tua-
in pellicatum illius non accipies, nec reuelabis turpidinem eius adhuc illa vi-
uente.

XXVIII. Respondeo, fuisse quidem hac *anomia* specie, viros doctos
exercitos: cum tamen non sit nodus difficilis, si quis ipsa Mosis verba dilige-
nter attendat, hebraicè vim non negligat. Nullam enim, aut cogni-
tionis, aut affinitatis significationem habent: quod mihi, cum haec meditan-
ti venissent in mentem, postea legenti, occurrit apud Iunium, qui Latine ita
reddidit. Item mulierem unam ad alteram ne assumito angustia affecturus hanc
retego turpidinem illius recens ductæ supra hanc in vita ipsius. O-
prime.

XXIX. Nam haec vocabula, quaе nobis virum & fratrem eius sive mu-
lierem & sororem eius, Hebraicè significant, sumi tanquam proverbialem
formula, pro eo, quod nos dicimus hunc & illum, sive unum & alterum,
nemo debuit ignorare, qui vel limen salutavit Hebraici Musæ. Do exem-
pla. Genesios 23. וְיַרְאֵנוּ אֶשְׁמָלָא צְדִיקָה: Hieronymus, diuisique sunt alteru-
rum à fratre suo. Sanctes, Separauerunt se alter ab altero. Deuter. 25. וְאֶת־גָּזֹן אֲנָשִׁים יְהוָה

duo, & unus contra alterum rixari caperit. Secundi Reg. 7. נְאָלָה אֶשְׁמָלָא Hieronymus: Dixeruntque adiuicem. Sanctes, dixeruntque alter ad alterum. Et haec in genere masculino. In feminino vero etiam de brutis. Exodi 26. אֶת־אֲחֹתָה חַמֵּשׁ הַיּוּתָה אֲשֶׁר־אָלָה. Hieronymus, Quinque cortina sibi iungentur mutuo. Sanctes, Quinque cortina erunt cuncta altera cum altera. Ibidem בְּשַׁלְבָתָה אֲשֶׁר־אָלָה. Hieronymus, In lateribus tabula due incastriatione sive, quibus tabula alteri tabula connectatur. Sanctes, Duo cardines tabula unius, instar graduum scals dispositi, alter è regione alterius. Ezechielis primo, אֲשֶׁר־אָלָה חַבּוֹת אֲשֶׁר־אָלָה. Sanctes, Iuncta erant unum ad alterum. Similia multa sunt. Quid igitur prohibet hoc loco eandem phrasim similiter accipi? וְאֶת־אֲשֶׁר־אָלָה חַבּוֹת אֲשֶׁר־אָלָה. Arias, Et uxorem ad sororem eius non accipies. Cur non, inquam, ut Iunius, Vuam ad alteram?

XXX. Neque enim nullius esse momenti debet analogia, quæ hoc modo conseruatur integræ, ut cum eodem sit ordine affinitatis, fratri vxori, & vxoris soror, conserue illius nuptias prohibitas: huius etiam ne permittantur, propter solam sexus differentiam, quam in reliquis gradibus neglexit legislator.

XXXI. Itaque illud קְרָבָה, quod Hieronymus interpretatur in pellicatum illius, male, Sanctes melius, ad affigendum, non videatur mihi commode expositum ab iis qui dixerat, cum semper grauius sit priori vxori altera superinducta, tum vero longe grauiorem futuram propriam sotorem: quia scilicet durior sit dolor ab iis, à quibus minime oportebat. Nam phrasis Hebraica, nisi fallor, non solet incommode obiectiōem significare dehortantis: sed potius scopum agentis. Itaque nolim redditum, Ne affligas: sed quomodo paraphras Chaldaicam reddiderunt Paulus Fagius, & Arias, ut sit ei in tribulationem. Id ita interpretor: prohibitum vxorem vxori superinducere, non simpliciter, sed priore non volente, sive eo animo, ut ei ægre sit videndumque adeo, & diligenter cauendum, ne posterior sit priori molesta: sic & Abraham volente Sara, sibi Agaram iunxit: at Iacob non consulta Lia, Rachelem. Hoc modo, si non profus interdicta, certa valde videatur diffusa polygamia.

XXXII. Tertium exemplum matrimonii erat inter patrules non prohibiti: prohibiti tamen cum amita, qua sit eodem gradu. Sed hic identitas graduū fallit supponitur ex Canonistarum ineptis ante refutatis. Nam ex vera computandi ratione, amita tertio gradu est, patruleus quarto.

XXXIII. De Abrahamo & Nachorē, quod erat quartum exemplum, respondeo, nondum fuisse legem latam: itaque potuisse utrumque hanc prohibitionem ignorare: quamvis esset de iure naturæ: quomodo manifestum est ignorante in polygamia: maxime vero cum veterque esset idololatra. Nam Abrahamus Sarah duxit antequam exiret ex patria. Benedixit Deum coniugio Abrahami, nullus dubito: sed ne vicissim negato Bellarminus benedixit polygamia eiusdem Abrahami, & Iacobi: imo incesto Loti, ex quo qui natu sunt, creuerunt magnas gentes, quanquam non negetur, & Polygamia, & incestus patris cum filia esse contra ius naturæ. Nempe igitur ex ea benedictione non legitime concluditur non fuisse contra ius naturæ: quid ergo? Nempe quicquid peccati erat, condonatum fuisse: quod nos agnoscimus.

XXXVI. Postremum exemplum, à suscitatione seminis fraternali. Sed
haec exceptio erat à lege, uno quodam casu, cui Deus prouisum voluit: &
illa quidem non ab alio, quam ab ipso legislatore Deo & instituta & expressa.
At Deus, qui potest etiam in naturali iure dispensare, cur non potuit pecu-
liares circumstantias excipere, pro arbitrio? Chrysostomus 2. contra Iudeos,
πόθῳ γέ τοῦ γνώμων καὶ φάλαιραν πάντας πάντας φαλά-
ταν τον τοῦ φροντίστεντος φοί Φάλαιραν πάντας φαλάτην πάντας φαλά-
την βιβλίτων εἰς φοί φάλαιραν πάντας φαλάτην πάντας φαλάτην πάντας φαλά-
την φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλά-
την φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλά-
την φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλά-
την φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλά-
την φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλά-
την φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλά-
την φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλά-
την φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλά-
την φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλά-
την φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλά-
την φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάντας φαλάτην φοί πάնτας φαλά-
την φοί πάντας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλά-
την φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλά-
την φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλά-
την φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλά-
την φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλά-
την φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλά-
την φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλάτην φοί πάնτας φαλά-

XXXV. Instat Bellarminus. Primo exceptionem esse: sed hanc aperte demonstare legem illam Leuitici non fuisse naturalem, sed iudicalem. Nam haec, inquit, exceptio, vel naturalis est, vel iudicialis. At non naturalis: quia etiam nunc seruando esset: Ergo iudicialis: At si iudicialis, ergo & lex ipsa, à qua est exceptio. Consequentiam probat: quia exceptio fiat ab iis, quae sunt eiusdem naturæ & ordinis.

XXXVI. Sed non est verum ab exceptione euinci legem non esse na-
turalem. Nam vel violenta vel fraudulenta usurpatio rei alienæ, prohibe-
tur iure naturæ item naturæ prohibetur cœdes filii: & tamen iussit Deus
Abraham occidere filium, Israëlitas auferre Ægyptiorum bona. Natu-
ra ius fuit polygamiam interdicere, & tamen eadem permissa fuit patribus.
Quare exceptio, non negat legem esse iuris naturalis.

XXXVII. Concede exceptionem non esse naturalem: sed potius poli-
ticam. Sed nego nullius legis naturalis posse exceptionem esse non natura-
lem. Verius, legis naturalis nullam esse exceptionem naturalem. Ratio in
promptu: quia lex & exceptio opponuntur, ut prohibito & promitto, id est,
αινόφαντος, ut affirmatio & negatio: itaque non potest utriusque idem ius
esse. Si iuris sit naturalis, fratram leuiro non nubere: profecto non potest
iuris naturalis esse, fratram leuiro nubere post mortem viri: & si hoc iuris
est, tum illud iuris non est: dicendum potius, iuris naturalis esse, ut fratria,
non quilibet, sed sine liberis, nubat leuiro. At, tum exceptio nullæ erit legis:
sed lex gemina. Vna, Nullus ducat fratram, liberos habentem: altera, fra-
triam quæ absque liberis est, leuiro libere ducito. Nam vere Bellarminus po-
nit: Exceptionem fieri ab iis quæ sunt eiusdem naturæ & ordinis. Non est
autem eiusdem ordinis fratria, cum prole, & fratria sine prole.

XXXVIII. Sed

X X V I I I . Sed illud saltem certum , posse legem naturae addi exceptionem non naturalem . Nihil enim prohibet quominus legem naturalem violent lex municipalis : & legem municipalem exceptio naturalis . Proferam exempla . Lex erat naturalis , saltem post peccatum . Genesos 3. In laboribus tomedes ex terra cunctis diebus vi. & iiii . Et tamen exceptio erat peculiaris Iudeis , diei Sabbati , quo non licebat laborare . Rursus lex erat municipalis Iudeis , id est , ceremonialis , ne Sabbatho opus fieret . At exceptio naturalis 1. Maccab. 2. Omnis homo quicunque venerit ad nos in bello die Sabbathorum , pugnemus aduersus eum . Et Matth. 12. Quis erit ex nobis qui habeat ouem unam : & si ceciderit hoc Sabbathi in foueam , nonne tenebit & leuabit eam ? Quanto magis melior est homo que ? Itaque licet Sabbathis benefacere . Iuris erat naturalis , vtin quicunque & gentem & familiam liceret filias collocare . At peculiaris exceptio Christianis est , ne liceat in infideles : Iudeis alia rursus , ne filias haeredes in alienam tribum . Numer. 36. Denique falsum est axioma , eiusdem semper esse & naturae & ordinis , tum legem , tum exceptionem .

X X X I X . Exceptionem fieri ab iis quae sunt eiusdem naturae , & ordinis , verissimum est : sed a Bellarmino vafre dictum . Non enim inde sequitur , exceptionem esse eiusdem naturae & ordinis cum lege . Hoc enim sensu illud dicitur , ut legis materia designetur , non legis & exceptionis genera indicentur . Clarius . Id significat legem & exceptionem versari circa res quae sunt eiusdem non diuersi generis , sive naturae , sive ordinis . Neque enim non ridiculè dixeris , à lege prohibente opus seruile Sabbatho exceptionem esse , quae iubeat honorare parentes : quia neque specie , neque genere concurrent opus seruile & honor , Sabbathum & parentes . Eadem ratione insaniat quicunque dixerit à lege prohibente nuptias secundo gradu , exceptionem esse , quae permittat nuptias decimo : quia non idem sunt gradus secundus , & decimus , neque numero , neque specie . Quidigitur ? Nempe , si lex dixerit , Nemo leuir fratriam ducat , Exceptio vere erit , Leuir ducito fratriam sine sobole . Quia omnis fratria sine sobole , est fratria .

X L . Sed nemo vñquam dixit , Exceptionem debere ipsam esse eiusdem generis cum lege . Quia eiusdem generis res possunt variis & modis & rationibus permittri , prohiberi , varia etiam autoritate . Itaque Bellarminus hac parte Sophitam agit .

X L I . Sed rursus instat : Qualiscumque sit exceptio , tamen conuincit , coniugium cum vxore fratris non esse per se & intrinsecè malum : quia per nullam circumstantiam posset fieri bonum . Non esse etiam semper malum , excepta sola extrema necessitate : nam hæc exceptio non est propter extremam peccitatatem , sed propter pietatem quandam in mortuum .

X L I I . Imo docet esse semper malum , nisi Deo excipiente , & permittente , cuius sola voluntas est causa boni & peccati , nimirum , ut hæc nullo necessario & ultimo discrimine different , nisi eius permissione & prohibitione : vnde certum , posse eundem ius naturae relaxare , non tantum propter summa necessitatem , ut cum filiis Adami permisæ sunt sorores : sed etiam ob alias causas : ut ob conseruandum ordinem ab eodem positum : aut alias , quas ipse nouit . Quomodo igitur , eti Abrahamus iussus fit occidere filium , tamen semper manet per se & intrinsece malum occidere filium , extra eum casum , nimirum , peculiare mandatum diuinum : sic , eti iussit Deus Iudeos suscitare semen fratri defuncto , tamen manebat per se & intrinsece malum , ut vxore fratris defuncti extra hunc vnum casum : adeo ut non licet Iudeis vllas alias causas comminisci : sed hac tantum non negligere , quam legislator prescriperat . Itaque prohibitio erat iuris naturæ .

X L I I I . Instat tertio : non videi hanc vllam esse legis exceptionem . Rationem indicat : quia exceptionem addere post legem conditam , & maxime alio tempore , locoque , non sit Dei , qui omnia nouit : sed hominum , qui experientia paulatim discunt suas leges non posse seruari , nisi aliud expiciatur .

X L I V . Quasi vero , quia exceptio facta est alio loco , alioque tempore , ideo Deus aliquid didicerit , quod antea nesciebat . Quasi non ipse Deus praecipita sua dispenset , non sui causa , sed hominum , qui neque ipsi possunt omnia simul & semel inuenire : sed ne inuenta quidem ab aliis concipere . Accusent ergo Deum , qui cum ab initio dixisset , Genes. 9. Omne quod mouetur & vivit , erit vobis in cibum : quasi olera virentia tradidi vobis omnia : tanto post tempore , longeque alio loco exceptionem addiderit , Leuit. 11. Quicquid ruminat , & habet vngulam , sed non dividit eam , sicut Camelus & cetera , non comedet illud , & inter immunda reputabitur . Et , qui Exodi 12. tempus Paschatis celebrandi præfixerit , Numer. 9. exceptionem addiderit in gratiani immunitorum . Breueriter , Deus ab æterni , & simul omnia nouit , videt , prævidet : sed in tempore dispensat . Cur non leges ? Cur non exceptions legum ? Salmero tom. 8. tract. 38. Nec inconuenit , Dominum aliquid in legi posuisse , quod postea egeret declarare vel additione , quia hoc non factum est ob defectum sapientia , vel prouidentia eius , sed ob nostram minus capacem & perfectam mentem , qui non possumus omnia simul capere , sed paulatim edociti : si ut lex de successione hereditatis autem est propter filias Salphaad , quia explicatum est quod sit faciendum , quando non sunt filii , sed filia .

X L V . Nihil ergo Bellarminus promouebat contra hanc solutionem . Caietanus nodum soluebat hoc modo : Matrimonium cum sorore fratris non esse malum , nisi nude & solitarie : quomodo , hominem occidere , ita malum est , ut tamen positis quibusdam circumstantiis possit fieri bonum , ideoque & leges condi positiua , quæ iubant occidi , puta latronem , & maleficum . Hanc solutionem Bellarminus probat , ut verisimilem .

X L VI . Magna , inquam , Iesuitæ inconsideratio . Nam hæc Caietani solutio re nostra est , verbis tantum differt . Etenim coniugium cum vxore fratris nude & solitarie sumptum , quid est aliud , quæso , quam quatenus est coniugium cum vxore fratris ? Sic enim res cum abstrahitur ab omnibus seclusis circumstantiis , haud aliter consideratur , quam quatenus est id quod est : quomodo memini alias Bellarminum disputasse , Monarchiam , seclusis omnibus circumstantiis , esse optimum regimen . Si ergo id coniugium , quatenus tale , malum est : ergo necessario generale est axioma , id coniugium maius esse : nec id tantum , sed etiam per se malum esse : nam , si non est per se , necessario erit per accidentem , nec potest esse per accidentem , nisi propter circumstantias , quæ nunc singuntur secludi . Itaque condantur sane quæcunque leges particulares , ut hoc casu , vel alio , non sit malum , necesse tamen erit exceptiones esse ab illo axiome , ab illa lege generali . Nam exceptio , ge-

nralis legis specialis derogatio : ut in homicidio , lex est , Non occides . Exceptio , Nisi latronem .

X L V I I . Sed enim , nihil impedire , quo minus post generalem legem fiant leges particulares , videndum quo sensu dicatur . Nam , si ita , ut cuicunque licet , sive Deo , sive homini , sive magistratu , sive priuato ; nemo sanus concedet : oportet enim ab eadem autoritate esse & legem & exceptionem : quomodo Iurisconsultos audiui dicere , *Eius esse legem interpretari* , *cuius & condere* . Item , *Vbi lex non distinguit , nec nos oportet distinguere* . Itaque si nihil Deus dixisset , nisi hoc unum , *Non occides* : neque interpretatus esset ipse , Genes. 9. Qui fuderis sanguinem hominis , per hominem fundetur sanguis illius : nunquam cuicunque liquus , vel latronem occidere : sed permettere diuino iudicio : quomodo Cainum nec Adamus occidit , nec quisquam bonus : sed Lamec , si forte etiam Lamec , idem qui primus alias leges naturæ violauit .

CAP. X.

Leges Cognitionis à Deo positas non esse ab homine dispensabiles .

I. **N** Obis contra hanc temeritatem potentissima sunt argumenta . Primum . Nullæ leges diuinæ sunt ab hominibus dispensabiles . At hæc leges , quibus in Leuitico prohibentur coniugia inter eos consanguinitatis gradus , sunt diuinæ : ergo ab hominibus non dispensabiles . Dispensabiles diximus ab hominibus : tum quia Deus ipse potest dispensare , quod & fecit , tum quia ea nostra quæstio est .

II. Minor per se manifesta : nam legū Moysæ carū nemo auto ē agnoscit Mosem , sed ipsum Deū . Tū a. harū ipsarū legū initio , habes Leuit. 18. *Lequius est Dominus ad Mosem dicens , loquere filii Israhel , & dices ad eos : Ego sum Dominus Deus vester : facietis iudicia mea , & præcepta mea seruabitis , ut ambuletis in eis . Ego sum Dominus Deus vester . Custodite leges meas , atque iudicia , quæ faciens homo vivet in eis . Et post eisdem lata , expoñitque sigillatim , *Custodite legitima mea , atque iudicia : ut non faciatis ex omnibus abominationibus istis . Custodite mandata mea : nolite facere quæ fecerunt hi , qui fuerunt ante vos , & ne polluamini in eis : Ego Dominus Deus vester .**

III. Maior non est incerta . Non tantum quia in ore omnibus , eius esse legem interpretari , cuius conderit : sed etiam quia ratio in promptu . Nulla lex à subditis est dispensabilis . Atqui homines sunt subditæ legi diuinæ : Ergo nulla lex diuina est ab hominibus dispensabilis . Minor per se patet : quia leges diuinæ , eti dentur etiam Angelis suæ : tamen nos de iis loquimur , quæ posita sunt hominibus .

IV. Maiorem negari non patitur primo lumen naturale , quo inferiores in superiorem nulla est autoritas : esse autem legem in superiorem , quibus ponitur , controversiam non habet . Secundo , immensa absurditas : nam eadem lex est & non lex . Neque enim lex est , quæ non exigit obedientiam : at dispensatio , opponitur obedientia : itaque quatenus dispensatur , eatus lex non est . Denique cum lex imperet potius quam perfudeat : & omnino imperium habeat in se aliquid duri , nulla lex est , à qua non resilirent homines , si iidem , qui tenentur obediens , possent dispenſare .

V. Probatur rursus indispensabiles esse leges diuinæ . Deuter. 12. *Quod præcipio tibi , hoc tantum facito Domino : nec addas quicquam , nec minuas . Atqui dispensare , est minuere de lege , saltem , quoad singulare actus : de quibus hæc verba loquuntur : tantum , inquit , facito . Deuter. 4. Non addetis ad verbum , quod vobis loquor : non auferetis ex eo . Custodite mandata Domini Dei vestri , quæ ego præcipio vobis .*

VI. Secundum argumentum ; Nulla lex naturæ est ab ylo homine dispensabilis . At hæc leges de gradibus prohibitis in Leuitico , sunt leges naturæ . Ergo à nullo homine dispensabiles . Maior conceditur utrinque : nam & Bellarminus ita agnoscit subinde : & alii omnes , quos viderim : atque adeo hanc ob causam Bellarminus capite præcedenti disputabat has leges non esse naturales .

VII. Minor probatur . Omnes leges à Mose late sunt vel naturales vel Ceremoniales , vel politicae . At hæc sunt latæ à Mose , nec sunt tamen Ceremoniales aut politicae . Ergo naturales . Maior non controversia . Minor probatur , quia nullæ Mosis leges Ceremoniales aut politicae , obligabant infideles populos . At hæc obligabant infideles populos . Ergo non sunt aut Ceremoniales , aut politicae . Maior est etiam in confessio . Minor probatur ex disertis legi verbis Leuitici 18. *Iuxta consuetudinem terra Aegypti , in qua habitastis , non facietis : & iuxta morem regionis Canaan ad quam ego introduceremus vobis , non ageatis , nec in legitimis eorum ambulabitis . Et post enumeratas varias leges omnes pertinentes ad incestus , Nec polluamini in omnibus his , quibus contaminata sunt vniuersa gentes , quæ ego eiciam ante conspectum vestrum & quibus polluta est terra cuius ego sceleris visitabo , ut euomat , habitatores suos . Omnes enim execrationes istas fecerunt accola terra , qui fuerunt ante vos , & polluerunt eam . Et 20. Nolite ambulare in legitimis nationum , quas ego expulsurus sum ante vos . Omnia enim haec fecerunt , & abominatus sum eas .*

VIII. Lyranus : ad illud 18. *Et iuxta morem . Quia in terra eorum habitauerunt , & homines defacili accipiunt mores terra , in qua habent habitare , ut potissimum quia Aegyptii & Cananæ erant vitiis in his quæ posset prohibentur . Radulphus in glossa ordinaria , Ille Dei populus , necessario fuerat præmonendus , ut malitiam vbiq[ue] diffusam attentius euitaret , ne aut præsens sua consuetudine traheretur , aut habitatorum regione ad quam vocabatur , peruerstatem imitaretur .*

IX. Bellarminus subindicare videtur quosdam , qui solui putarent , distractendo peccata numerata in Leuitico : inter quæ sint adulteria , concubitus cum masculis ac iumentis : item idolatriæ : atque his imputarent hanc pœnam , impositam gentibus : quasi non propter abusum illorum graduum eicti fuissent è terra : sed propter illa alia peccata . Sed idem refutat .

X. Et vero violentior distractio est , quam ut cuiquam saeo verisimilis esse

esse queat. Nam primo, magna illa *φλυαζία* est, quæ pœnas solas confiderandas putauit, & neglexit abominationes. Atqui dicitur sunt verba, *Omnis execrationes istas fecerunt accola terra. Quid manifestius? Deinde, Omnia haec fecerunt, & abominatus sum eas. Pone ut voles: eieetas fuisset eas gentes tan-tum propter fornicationem, & reliqua: at manet scelus eas abominationes: Abominationes audit quisquam, & neget peccata? Deinde, quis impudenter facit distinguentium, imo distraherent ea, quæ legis textu coniunguntur? Neque est, qui neget, propterea expulsite Deum eas gentes, quia illæ abominatus eas: testatur autem se abominatum, quod ea omnia egissent. Ergo conclusio certa, eiecisse easdem, quod ea omnia egissent.*

XI. Bellarminus ipse sic soluit. Omnia illa præcepta de cognitionibus naturalia esse, si nudæ ac solitariæ sumantur cognitionis gradus, sine circumstantiis, quæ sufficient ad matrimonia in illis gradibus honestanda. Propositionem illam generalem, *Ad proximam sanguinis sui nemo acedat, ius naturæ complecti: & gentes peccasse, quia sine illo delectu miscebantur consanguineis, contra ius naturæ: non tamen ita grauiter, ut propterea eiendiæ essent è terra: hanc enim pœnam proprie recipere crimen idolatriæ, adulteria, & flagitia illa prodigiosa cum masculis & brutis. Itaque illud, Omnia haec fecerunt, non significare tantum coniugia in gradibus prohibitis, sed omnia sceleræ supra nominata. Nec dicere Scripturam, propter singula peccata, sed propter omnia dignos fuisset quos reuera cuomeret. Conformat exemplum Patriarcharum, qui in gradibus isdem prohibitis coniugia contraxerunt, nec sunt tamen puniti: quia videlicet non temere, sed cum ratione id fecerint: neque ad ea coniugia adiunxerint, quatuor illa sceleræ, ob quæ propriæ gentes puniæ fuerunt.*

XII. Ego nihil memini videre perplexum magis. Expediam, si potero: non enim negabo, non nihil esse laboris: Maiorem concedit, In assumptione distinguit: consanguinitatis gradus considerari, vel nude, vel cum circumstantiis. Si nude, tum concedit assumptionem, præcepta esse naturalia. Sed si cum circumstantiis, tum non esse. Ad argumentum ex gentibus, quibus nos probabamus esse de iure naturæ, respondet, non propter horum graduum abusum, punitas esse proprie, sed propter alia crimina. Hoc probat, quia Patriarchæ ob eadem coniugia non fuerunt puniti. Nolim sane quicquam illi affingere: sed profecto, si haec non est solutionis *enclausa*, ego nullum video.

XIII. In concipienda vi argumentationis plus laboris fuit, quam in diuenda. Nam qui ponit esse quædam circumstantias sufficientes ad honestanda ea matrimonia, idem dicit, quædam esse matrimonia huius generis, quæ sint honesta. Sed hoc illud est, quod hac disputatione queritur: atque adeo hoc ipso argumento impugnatur. Itaque nullas vires distinctione habet, nisi solvant minoris probationes: quod statim video. Nunc ita rem considero. Agere nos de legibus, non de philosophica villa rerum contemplatione. Leges a. imponi actionibus: actiones vero esse singulæ, ac proinde semper concretas nūquæ abstractas. Ea vero omnia, quæ nude & solitaria abfisi, circumstantiis considerantur, eadem abstractæ considerari. Quare nullas actiones existere nude & solitaria sine circumstantiis. Cum ergo leges dentur actionibus, necessario intelligendas dari actionibus cum circumstantiis. Et vero inde esse exceptiones legum. Exempli gratia: Matrimonium Leuiri & fratris ex circumstantiis distinguitur, si ex eo proles fuit; an non. Permittit Deus matrimonium cum sororia sine prole: At cum prole prohibetur. Ergo inquam, Vtraque lex posita est matrimonii cum fratria, non nude consideratis, sed cum circumstantiis. Itaque ita concipiendas leges: Fratrem, cui proles est, nemo ducito: fratram sine prole leui ducito. Cum ergo leges ponantur actionibus: actiones nullæ sint absque circumstantiis: ridiculum est quædam imaginari datas rei cuiquam nude consideratae & solitariae, ut Bellarminus loquitur.

XIV. Præterea, ut ne eam absurditatem vrgeamus, alia superest. Non pertinere distinctionem ad dispensationem, de qua disputatur. Nam dispensatio, æque ac exceptio (nam re vera omnis dispensatio, est exceptio quædam) sit ab iis quæ sunt eiusdem generis & ordinis. Neque enim, qui antiubetur, aut permititur, dare elemosynam, hunc quisquam famus dicit dispendari à non occidendo. Atqui, quarum actionum varia circumstantiae sunt, et, si sunt eiusdem generis, at certe non eiusdem ordinis. Exempli gratia: etiæ occidere fratrem, & occidere latronem, sit vtrumq; occidere hominem, ac proinde eiusdem generis: at propter circumstantias diuersas fratris, & latronis, non est vtrumque eiusdem ordinis. Itaque, qui latronem occidet, hunc nemo dicet fratrem occidisse. Latronis ergo cædes, nullo modo dispensatio est à lege, quæ prohibet fratrem occidi. Hoc tanto vtilius nobis, quanto distertius circumstantias Bellarminus definitiæ sufficienes ad honestanda matrimonia corrum graduū. Nam ita præsupponuntur matrimonia iis circumstantiis vestita, esse honesta. Atqui honesta nunquam prohibentur: itaque non possunt eiusdem ordinis esse cum iis quæ prohibentur. Prohibentur autem matrimonia corrum graduum nude & solitaria considerata, Vnde sequitur matrimonia corrum graduum nude & solitaria considerata, non esse honesta. At honesta & non honesta eiusdem ordinis esse non possunt. Quare matrimonia haec honesta, si permittantur, nihil id pertinet ad dispensationem matrimoniorum nude & solitaria consideratorum.

XV. Verum esto. At nos minorem probamus, id est, has leges esse naturales, quia non sunt, aut Ceremoniales aut Politicæ. Dissimulauit Bellarminus, vel saltem non vidit. Hoc probabamus: quia obligabant gentes omnes, etiam non Iudaicas. Et hoc inde conficiebatur, quia in eis erant haec coniugia damnata & punita. Hic expurgiscit Bellarminus: & quid ait? Negat esse has gentes punitas propter haec crimina singula. Quo ergo iure, inquam refutavit ille eos, qui hanc ipsa solutione vtebantur? Verba dicta, Respondebat aliquis fortasse, *Deum punire voluisse gentiles, non propter transgressionem præceptorum de gradibus cognitionis, sed propter adulteria, propter concubitum cum masculis, & iumentis, & propter idolatriam, quam gentes illa exercabant in Idolo Moloc. At non videtur solida solutio. Nam, etiam si capite decimo octavo, Leuitici, pœna in Gentiles subiiciantur immediate post illa quatuor sceleræ, tamen c. 20. subiiciuntur eadem pœna in eosdem Gentiles immediate post prohibitiones graduum cognitionis. An non sufficiebamus nos Bellarmino aduersari, nisi ipse coniurasset aduersus seipsum.*

XVI. Peccarunt illi quidem, inquit, in ejusmodi coniugis contrahendis: sed non ita grauiter, ut propter illa eiendiæ essent è terra. Quis dixit? quis edixit? Egregium vero legislatorem Bellarminum, cui lomani fidei habeamus. At Deus pronunciat propter ea peccata eiici. Deinde: quid tum è Peccato concedit. Hoc sufficit: non enim peccasset, si lex fuisset tantum municipalis Iudeorum: si non fuisset naturalis. Nam gentes, præter legem naturalem, nulla lege vtebantur, quæ quidem huc pertineat.

XVII. Sed Scriptura cum dicit, *Omnia haec fecerunt*, non intelligit tantum coniugia in gradibus prohibitis, sed omnia sceleræ supra nominata. Concedo, inquam, & viceversa: non intelligit tantum sceleræ supra nominata: sed etiam coniugia in gradibus prohibitis. Quare haec coniugia, etiam sceleræ fuerunt & abominationes, & fuerunt non in Iudeis tantum, sed etiam in gentibus: quod nos volumus.

XVIII. Sed Patriarchæ non fuerunt puniti ob eadem coniugia: Ergo quia non temere, sed cum ratione fecerant. Si diceret Deus, crederem: Bellarminus non mouet. Nam & Abraham fuit idololatra, fuit mendax: nec tamen punitus: an quia non temere, sed cum ratione idololatra, & mendax? Paulus fuit blasphemator, & tamen non punitus: an quia non temere, & cum ratione blasphemator? Quid? Loth proper filios suscepitos ex propriis filiabus, quod pœna genus incurrit? Milie sunt eiusmodi. Habent omnes fidicies, cum peccarunt, aduocatum apud Deum Patrem: etiæ temere, & sine ratione peccarint. Denique aliud est misericordia diuina, aliud exceptio à lege.

XIX. Atque haec tenus Bellarminus. Caietanus videtur haud paulo alter in 2.2. q. 154. art. 9. Considerandum est, inquit, quod præcepta ista sunt partum moralia, & partum judicialia. Nam quantum ad hoc, quod cum proximis, & quibusdam determinate non debet esse matrimonium, sunt moralia simpliciter: sed quantum ad determinationem tot personarum habent aliquid morale, & aliquid iudiciale. Et morale quidem in eis est, quicquid & quantum morali ratione conforme est: iudiciale autem est, omnimoda determinatio tot personarum. Probat primo thesin, nempe aliquid esse morale, aliquid iudiciale, quatuor argumentis, quæ post videro. Deinde hypothesin, ex refutatione quatuor rationum, quas profert Thomas.

XX. Respondeo, in legibus distingui, materiam & formam. Materiam dico, id ipsum quod vel iubetur, vel prohibetur: imo & rationem iubendi, prohibendique: formam autem, peculiarem ferendæ legis modum. Et dico post materiam esse naturalem, ideoque viuensalem: formam vero peculiarem, & utique Caietanus, judicalem. Exempli gratia, possunt legis à variis regibus ferri de hisdem rebus, puta, ne quis cum licea versetur in foro; eadem lex esto in Hispania & Gallia. Dico materiam legis communem eis Gallis & Hispanis: quia vtrisque sicut interdicta eandem ob causam, nempe propter cedes: sed nego vtrisque formam esse communem: neque enim apud Gallos vim legis habet, eo quod sancta sit ab Hispano rege: aut apud Hispanos, quia à Gallo: sed apud Gallos, quia à Gallo: apud Hispanos, quia ab Hispano. Hoc modo concedo in legibus per Mosem latissimæ aliquæ iudiciale, quod non fit omnibus hominibus commune. Et in hoc nostro exemplo, concedo non eo peccasse gentes contrahentes ea matrimonia, quod leges deis late fit per Mosem. Ratio manifesta: quia peccarunt etiam cum contraxerant ante Mosem: sic enim docent verba Mosis. Nec nos quidem Christiani agnoscamus vel morali legi obligari Ecclesiastem, quia lata sita Mose. Quid ergo? Nempe materiam attendimus cum has leges dicimus esse naturales: & de ea materia dicimus agere debere Caietanum. Videamus reliqua.

XXI. Ad thesin primum argumentum: Quoniam inter haec præcepta illud ponitur de muliere menstruata: hoc vero partim esse naturale, partim iudiciale. Etenim Thomam in 4. sententiarum, diligenter discutere, quid & quantum sit in præcepto de vitanda menstruata, rationis naturalis.

XXII. Respondeo de viranda muliere menstruata prohiberi, tum omnem contactum, tum coitum venereum. Vitandum omnem contactum concedo esse ex iure peculiaris Iudeorum, & pertinere ad Ceremonias. Sed id nullum est aut in hac disputatione, aut in 18. Leuitici. Sed coitum vitandum, omnino esse iure naturali: coitus enim proprius finis est generatio: at hæc nulla in muliere fluente. Itaque non potest non contra naturam esse. Deinde dico, non esse absurdum ratione naturali, accedere rationem iudicalem. Nam qui coibat non poterat non tangere: at hic tactus prohibitus propter ceremoniam. Sed distinguendam tamen viramque: nam contactum non pertinere ad incestum: neque coitum ad Ceremoniam. Itaque cum hoc loco non agatur de contactu, sed de coitu, non posse dici hoc interdictum Ceremoniale, aut iudiciale, id est, particolare Iudeis: sed naturale, & commune gentibus.

XXIII. Secundum argumentum. In principio cap. 18. Leuitici, præmititur præceptis istis inhibito legi extraneis: & expressè bis subiicitur impositio iudiciorum, *Facietis iudicia mea & præcepta mea. Custodite leges meas atque iudicia. At ex eo, quod iudiciale extranea vitare, & iudiciale illis dare Deum commemorat Moses, significat non pure moralia præcepta esse.*

XXIV. Sed Caietanus fœde fallitur. Falsum est inhiberi leges extraneas: sed verum inhiberi mores gentium, *Iuxta consuetudinem (Hebrew: בְּמִשְׁתַחֲנָה secundum opus) terra Aegypti in qua habitatis, non facietis, At hæc opera erant peccata contra naturam: quia etiam in iis ea Deus abominabatur. Deinde, etiam si leges extraneæ nominarentur, tamen nihil prohibet has esse contra ius naturæ. Etsi enim peculiaris erat Cananeis idolatria circa Moloc, tamen haec ipsa erat contra naturam. Itaque non sequitur, præceptum huic peculiaris legi oppositum non esse naturale. Tertio, quæ iudicibus inculcantur, imperice Caietanus intelligit distincta à legibus, & peculiaria quædam mandata. Nam id est præter lingue proprietatem: in qua בְּמִשְׁתַחֲנָה & בְּמִשְׁפָטָה vix re differunt, ideoque ferme semper coniunguntur. Kimchi in בְּמִשְׁפָטָה radice, post enumerata exempla, בְּמִשְׁתַחֲנָה סְנֵן הַדָּק וְהַבָּנָה Omnia significant præceptum, legem prudenter. Quare non sequitur, non pure moralia præcepta esse.*

XXV. Ter-

X X V. *Tertium argumentum: Quia præcipitur, vt foror vxoris non sumatur, forore viuente: itaque non propter incestum sit hæc prohibito, sed propter discordiam vitandam inter forores. Sed nos ostendimus aliam esse huius præcepti mentem: vt non sit opus pluribus.*

¶ XVII. Quartum argumentum: Quia secundus gradus, tam affinitatis, quam consanguinitatis in quibusdam personis inueniatur: & tamen Innocentius tertius, Decretalium lib. 4. dediuotii, c. *Gaudemus* definit Paganos in secundo gradu coniunctos, si conuertantur, non esse separandos. At hoc non esset statutum, si secundus gradus incestum causaret ex præceptis pure naturalibus diuinæ legis.

XVII. Sed vehementer alienum est à fana mente iudicium Innocentii opponere disertis verbis Scripturæ. Illi hoc arguento moueantur, quibus impium est quæcunque iustificauerint Papæ non adorare. At nos anathema pronunciamus in eos, qui per suam traditionem irritum faciunt nian- datum Dei. Et vero Innocentii huius mirum vide stuporem, Cum sacramen- tum coniugii apud fidèles & infideles existat, & in premissis gradibus à paganiis, quoad eos, matrimonium licite sit contractum, qui constitutionibus canonici non arctantur, in favorem præsentim Christianæ religionis & fidei, à cuius perceptio- ne per uxores se defert timentes viri, possunt facile renocari, fideles huiusmodi ma- trimonialiter copulari libere possint, & licite remanere coniuncti, cum per sa- cramentum baptismi non soluantur coniugia, sed crimina dimittantur.

XXVIII. Non potest satis exprimi verbis, quam haec sint ~~et omnes~~.
Mitto illud de Sacramento. A paganis dicit, quo ad eos : licite contrahiri matrimonia eorum graduum. Quid illud est inquam, quoad eos ? An secundum eas leges, quibus legibus vtebantur, dum essent infideles ? Concedo sane, sed quod monstrum consequentiae : ergo possunt licite remantere coniuncti ? Nam & que quoad eos licite idololatriæ erant. An licet etiam conuersis idololatris esse ? Imo & que quoad eos, plures simul vxores ducebant : an & retinere licui : conuersis ? Imo ipse negat, & pronunciat absolum, inimicorumque fidei Christianæ. Cur ergo non inquisiuit, vtrum eorum graduum coniunctio esset absonta, inimicaque fidei : & satis habuit, quoad eos licuisse ? An vero illud quoad eos, ei sonat, esse quidem peccatum in Christianis, at nullum Paganis ? Opponitse igitur Deo, qui eadem matrimonia, abominatus est in Cananæis Paganis, in Ægyptiis Paganis : qui tamen Canonicas illas constitutiones, qui que adeo Molem ipsum audierant multo minus, quam ii quibus tam facilem se præbebat Innocentius. De quibus denique illud & que usurpandum, Quid ad nos de iis qui foris sunt iudicare ? quibus Pauli verbis abutitur Innocentius. Paucis. Si verum Canonicas constitutiones non obligare paganos : at has constitutiones prohibitorum graduum obligasse Paganos : Ergo, has constitutiones prohibitorum graduum non fuisse Canonicas, verum : quicquid Innocentius blaterarit.

X X I X. Atque haec de Thesi, Caietanus. Ad hypothesin deueniens, vt ostendat horum prohibitionem non esse iuris m^{er}e naturalis, eas quatuor tationes examinat, quas sibi superiori capite Bellarminus recoxit ex Thoma: harumque ostendit vim esse infirmam. Sed hoc, quid ad nos? Neque enim Deus vialis iis vsus est, aut adeo ullam indicauit. Itaque nos ridemus otiuos Sophistas, sua subtilitati nimium indulgentes, ut ipso etiam Deo sapientiores videri queant. Negamus autem inde causam esse prohibendum graduum: sed aliam, quam nos diximus, nec à nobis commenti, sed ab ipso Deo moniti.

XXX. Tertium nobis argumentum est à natura dispensationis. Si in his gradibus dispensare potest autoritas humana; ergo vel abrogando, vel excipiendo. At neque abrogando, neque excipiendo: Ergo omnino dispensare non potest. Non abrogando: quia sic irrita fieret lex diuina: & autoritas humana æquaretur diuinae. Est enim abrogatio, cum lex ita antiquatur, ut in posterum vim legis nullam habeat. Quod in nulla vñquam Republica licuit cuiquam, cuinon esset par autoritas, aut maior ea autoritate, qua lata lex fuit. Inde Christus Iudæis obicibat Marci 7. *Aboletis mandatum Dei*, ut traditionem vestram seruetis. Et vero non disputarunt, quod sciam, Papistæ, posse abrogari has leges, de quibus nunc est controværsia.

XXXI. Anigitur excipiendo? Bene olim ille, et si Ethnicus, apud Lium lib. 10. *Quid attinet leges ferri, quibus per eosdem qui tulerint, (multo indignius per eos qui non tulerint) fraus fiat? Iam regi leges, non regere. Sed si excipiendo, ergo vel generaliter, vel particulariter. At neutrum. Ergo non licet dispensare. Particulariter excipere dico, cum personæ tantum ratio habetur, & de facto individuo pronunciatur: at generaliter, cum exceptio proponitur in formam legis. Vtiusq; enim generis dispensationes inueniuntur. Nam Valentianus Imperator contraxit legem prohibite polygamie, & permisit digamiam. Testes Socrates, lib. 4. c. 31. Νομογράφους δημοσίας τελετής πόλεως, οὐδεὶς ιερεὺς τοῦ βασιλέως δύο οὐ τρία. Legem tulit ut euicunque volenti liceat duas uxores habere legitimas, eamque in singulis casuibus diuulgavit. Hæc generalis exceptio erat. Non enim omnimoda abrogatio: quia non omnium polygamiam permisit: sed duntaxat duorum uxorum. Peculiaris exceptionis exemplum habes in Cæsare, apud Suetonium. Helius Cinna Tribunus plebis plerisque confessus est, habuisse se scripsum paratamque legem. quam Casar ferre iussisset, cum ipse abesset, uti uxores liberorum auxendorum causa, quas eis quot vellent, ducere liceret.*

XXXII. Prior modus dispensandi eadem habet in commoda, quae sunt in praecedente. Nam etiam, quia abrogatio quedam sit, saltem partialis, Nam vniuersali affirmandi, opponitur *universitas* particularis negans; & contra. Et, ut magis perspicue dicam, una lex scinditur in duas. Exempli gratia, lex est vniuersalis, non licere plures vxores ducere: hoc autem fit duobus modis, vel cum ducuntur duæ tantum, vel cum plures duabus. Itaque lex illa instar erat duarum, quasi ita esset, Nemini licere duas uxores ducere. Nemini liceto plures uxores ducere. Valentianus non utique contradixit, sed alteri duntaxat. Quid igitur? Nempe abrogavit, non illam quidem, quæ prohibeat plures uxores: sed hanc saltem, quæ duas. At qui eadem audacia fuit: ideo impie fecit Imperator. Iacobus dixit, *Qui transgreditur in uno, fit omnium reus.* Et Christus Matth. 5. *Quisquis soluerit unum ex mandatis hisce minimis, & ita docuerit homines, minimus vocabitur in regno celorum.* At profecto, qui hoc modo dispensat, soluit mandatum, & docet alios sic.

XXXIII. Supereft dispensatio particularis, & vt ita dicam, per capita. Omnia profecto, si non perniciotissima, saltet impudentissima: quæ fin-

git nec legem refrigerere, nequ. vera restringere: & tamen contra legem permittit fieri. Nam hoc modo etiam plerumque gerunt se Papæ Romani. Alexander sextus, non iussit licere deinceps copulari sorori paucis quenquam, sed Ferdinando Siciliæ regi indulxit peculiariter: quomodo Cæsar non cuique permittebat, quas & quot vellet vxores ducere: sed sibi volebat licere. Mira peruersitas! Quod agnoscas male fieri, id ut permittas: & legem priutes conseruati integrum, tum etiam cum violetur. Denique publice prohibere, quod priuatim concedas. Longe illis olim cerebrum sanius, qui legem ad tempus refrigerabant. Nam eti manifestus latus etat: tamen pudicentior religio. Lacedæmone, cum durum esset omnes, qui è Leuctrica pugna fugerant tractare pro legum seueritate, Agesilaus. οὐς ἐν ταῖς οὐρανοῖς μετέπειπον καὶ σολοῦσεν, εἰς τὸ τοπογράφημα τούτοις τοῖς περιτοποιήσας τοὺς πόλεις καὶ τοὺς αἰδηρὰς ἀπίστευτος εἴη: cum dirixisset, Hodiè legit dormire permittendum, in posterum autem valere. & leges cuncti feruunt, & viros suis honoribus. Apud Appianum Iberico, Senatus, cum Scipio propter extatem magistratum gerere non posset, ἐν φιλοτεχνίᾳ διακριπτος οὖν, καὶ ταῦτα τοῖς δικαιοῖς, decreuit Tribunos legem: atrocitate et. ite sequentique anno reponere. Quod iterum bello Punico tertio factum in alterius Africani gratiam, docet idem Appianus, Lybico. Pudentius ille etiam, qui praetextus fingebar, Sic Clodius, ut Tribunus plebis fieret, adoptione transiit in plebeiam familiam: sic cum lex esset, ne duo ex eadem gente eodem sacerdotio fungerentur, Spinther Confui filium Cornelium ζεινονοις ισην Μαθις Τορκατης Ηρο, in Manly Torquatifamilia adoptandum dedit. Quo tamen facto iudicauit Dion Cassius lib. 39. violatam fuisse legem: καὶ οὐκέποτε, εἰ νίκαιαντιναστατικά, ἔργα γενναῖαν. Recte. Verba manent: res tollitur. Et quidem sic ludere in rebus seculi, quorum dominium penes homines, fortassis teletabiles: sed in Eccleha, in rebus Dei?

X X XI V. Peccata. Vnum manifesta ~~recomendativa~~, cum paucis permit-
titur, quod omnibus prohibetur. Cum tamen, serio Paulus 1. ad Tim. 5. Obte-
nster in conspectu Dei & Domini Iesu Christi, & electorum Angelorum, ut hac fer-
me, ~~recomendativa~~ exigit & underet nos. Et ~~recomendativa~~, absque eo ut unum alteri
preferas, nihil faciens in alteram partem inclinando. Proverb. 17. Qui iusti-
ficat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis est uterque apud Deum.

X X X V . Est autem haec acceptio personarum a seipsa tam absurdula, aliena quae a recto iudicio, vt etiam potentissimos in seculo viros eius puduerit. Suetonius in Claudio, Illecebris Agrippina, Germanici fratri sui filia, per ius osculari & blandiarum occasionis pellectus in amorem, subornauit proximo senatu, qui censeret cogendum se ad ducendum eam uxorem, quasi Rep. maxime interesseret: dandamque ceteris veniam talium coniugiorum, quis ad id tempus incesta habebantur. Quae ratio persuasit & Valentiam legem de digamia, vt Iustinam duceret plausibili aliquo praetextu. Adeo pertusum erat, minus malum esse, legem omnino irritam facere; quam vni indulgere, quod omnibus negabatur. Itaque possumus Papistas sensu communi destitutos accusare.

XXXVI. Alterum peccatum, Contradic^{tio}: utraque enim pars affirmans negansque ponitur. Est enim, ut dixi, opposita vniuersalis affirmatio particulari negationi, & contra: itaque non potest utraque esse vera simul: Et hoc tamen Dispensationis genus ponit utramque veram. Lex enim non antiquatur: itaque verum est axioma, Quicunque ducit in uxorem uxoris defuit, & sororem, eius incestae sunt nuptiae. Quia tandem dispensatur, verum est, Regis Portugallie ducentis defunctae uxoris sororem non sunt incestae nuptiae. Quod incommodum nullum est in prima secundaque dispensatione, cum lex vel antiquatur vniuersalia vel ex parte contrahatur.

X X V I I . Tertium peccatum. Manifesta illusio Ecclesiastica indulgentiae. Nam est frequentissimum, immo proprium Ecclesiae, condonare peccata; tamen a ienio est ei condonare, qui perfeueret in eo peccato, quod condonatur. Paulus condonauit sane incestum, sed postquam ab eo discessum est: nam cum in peccato fuit Corinthius, excommunicationem passus est. Denique ea natura est prædicationis Euangelice, ut remissionem peccatorum denunciet, non omnibus, sed duntaxat penitentibus, id est, recententibus a peccato. At monstrorum haec dispensatio remittit peccatum non recentibus a peccato: immo rem. triplum peccatum, ut permaneant in peccato.

C A P. XI.

De liberorum nupiis.

- I. **A** Esoluimus Cognationes. Nunc agendum de liberorum nuptiis : de quibus Bellarminus c.19. & Tapperus artic.20. Quæstio gemina. Prior, utrum liberos suos possint parentes ad matrimonium cogere : sive illi prouidere coniuges absque eorum consensu. Negat posse. Erecte: Neque nos aliter.

- II.** Altera quæstio est de consensu parentum: hoc est, „vtrum possint ipsi sibi liberi coniuges prouidere absque consentiu parentum. Respondeat Bellarius in hac verba, *Filiorum consensus, etiam si solus sit, ad matrimonium firmum, ac ratum efficiendum sufficit, nec potest a parentibus vel magistratu eiusmodi matrimonium irritari.*

- III.** Nos distinguimus: & consensum liberorum solum interpretamur velita ut aetate non adsit voluntas parentum, vel ita ut sit contra actualem voluntatem parentum. Priori modo dicimus, non debere liberos coniugia iniure de sola sua voluntate: non consulta auctoritate paterna possit tamen interdum. Et consenit Bellarminus, cuius tercia propositio est, peccare filios, quando sine iusta & rationabili causa, parentibus insciis vel inuitis, matrimonia contrahunt.

- monis contrahent.

IV. At posteriori casu, censemus, non tantum non debere, sed ne posse quidem quenquam non sui iuris, matrimonium contrahere, contra voluntatem, auctoritatemque eorum, à quibus pendeat: contra quam Bellarminus ponat. Disputauit Petrus Martyr in c. 14. Iudicium. Item Claudius Espensæus de Clandestinis coniugii.

- V. Primum Bellamini argumentum ab exemplis Scripturæ. Genes. 26. Esau dicit vxores duas, quæ ambæ offenderant animum Isaac, Rebæcæque, parentum eius: & vigeſimo octavo ſertiam; nec tamen Isaac ea coniugia irritavit:

irritauit: imo Scriptura simpliciter vxores appellat. Genes. 29. & 30. Iacob vxorem vnam quidem iuxta consilium parentum ducit: tres vero, ex que ijs duas ancillas, paribus inscijs: quod nō fecisset vir sanctissimus, si credidisset aliter esse necessarium. Tobias quoque vxorem duxit in aliena regione, parentibus ignorantibus, nec Angelo Raphaele disfluente.

VI. Respondeo, exempla Elau, & Tobiae nihil efficere. Non Tobiae, quia ex libro Apocrypho, id est, a fabula, cuius non est autoritas idonea ad firmatos articulos fidei. Non Elau, describitur enim vir nequam: atque adeo parentibus immorigeris: vt non sit mirum, semel bis, terte, nupsisse, non tantum praeceptum, sed etiam contra voluntatem parentum. Scriptura autem uxores eius appellare potuit, historice, & de facto: neque, vt iuri paternio praediudicium faciat. Quanquam, quid ei ius est? Non enim describit Scriptura, in iuriis parentibus, facta, saltem prima duo matrimonia, sed duntaxat immorigeras fuisse eius uxores, post nuptias. Nam, quod Latine legimus, offendit animum Isaac & Rebecca, cur non est potius, offenderunt? Sanctes reddidit, & irritabant spiritum Isaac, & Ribca. Pererius, non tantum legit, offenderunt, sed etiam explicans, Hebraea sonant ad verbum, inquit, eas fuisse amaras, vel xacerbantes spiritum Isaac & Rebecca, vel ut habent Septuaginta, cum illis contendentis & altercantes. His porro verbis notatur eorum mulierum adversus Isaac & Rebeccam irreuerentia, petulantia, procacitas. & contumacia. Videatur itaque offensio Isaac & Rebecca accidisse ob impietatem, quod more illius genitus dedita essent idolatria.

VII. Supereft exemplum Iacobi. Duxit ille, inquit, vnam uxorem de cōfilio parentum: at non tres reliquas. Quid hoc est, inquam, de consilio parentum? An indefinitē, quia permisum erat a parentibus, uxorem ducere: an peculiariter, quod iussus esset, non nisi vnam ducere? Nam si hoc, fatendum erit in iure parentibus, quod plures duxerit. Sed hoc fallit: Isaac verba sunt: initio c. 18. Noli accipere coniugem de genere Canaan: sed vade, & proficisci in Mesopotamiam Syriam, ad domum Batuel patris matris tuas: & acceperis tibi inde uxorem de filiabus Laban auunculi tui. Haec vero significant datā Iacobō à patre potestatem eligendi sibi uxorem, quam velle ex eo genere: non vero determinatum uxorum numerum. Itaque certus fuit Iacob de voluntate patris: et si peculiariiter aetatelem consensum non habuerit, super hac illave uxore. Itaque Bellarmini exempla non concidunt.

VIII. Secundo loco pugnat Bellarminus ex iure Canonico: vbi Clemens tertius de Prella nubili, Tunc, quia liberum arbitrium in electione propositi, parentum sequi non cogitur voluntatem. Item ex Ambrosio, lib. 1. de Virginibus, Cui licet maritum eligere, non licet Deum preferre. Docens licere pueri virginis, parte etiam inuito, continentiam Deo vovere, sicut eidem licet virum eligere. Idem, Epistola 43. ad Sifinnum, qui filio indignabatur, quod sine suo consilio uxorem duxisset, dicit culpam aliquam ab eo filio admisitam: tamen satis aperte indicat in matrimonium fuisse ratum, & Sifinnum laudat, quod facile culpam ignoverit filio.

IX. Sed nos Iuris Canonici autoritate premi iniquum est, qui conscientiam teneri scimus diuina autoritate: qua loquente, nos necesse erit tacere. Quanquam, si nihil haberet ius Canonicum, præterid, quod ex Clemente selegit Bellarminus, nihil est sane, quod iuri Canonico obijciamus. Negat Clemens puellam nubilem cogi parentum voluntatem sequi. Recte, inquam. Cogit enim, qui non vult: & nos concessimus non posse a parentibus hic cogilibos. Et erat Clementi sermo, non de nuptijs, sed de coacta religionis, id est, monachatus professione.

X. Ne Ambrosius quidem Bellarmino propitius, Pleraque, inquit, virginis cognoui velle, & prohiberi etiam prodire a matribus, & quod est grauius, viduis, cum quibus hic nibi sermo est. Nempe si hominem amarent filia vestra, per legem possent eligere quem vellent. Quibus igitur hominem eligere licet, Deum non licet. Haec Ambrosius. Vide Bellarmini religionem. Nam, vbi illud, licet virginis, inuito patre, continentiam Deo vovere: Nusquam profecto: multo minus, licet licet virum eligere, inuito patre. Haec Bellarminiana sunt, Ambrosiana non sunt. Nam primo, Ambrosius de patribus non loquitur, sed tantum matribus: quibus nunquam autoritas fuit æqualis paternæ autoritati. Deinde, etiam ijs licet eligere maritum, qui tenentur tamen consensum obtinere parentum. Itaque, si dixit Ambrosius licere virginis eligere maritum, non sequitur tamen licere contra voluntatem paternam.

XI. Sed ad Sifinnum scribens indicat satis, matrimonium ratum fuisse contractum in consilium parentibus. Et laudat Sifinnum reconciliatum filio. Hoc posterius verè Bellarminus exciperit: sed illud punica prorsus fide addidit. Nusquam tale quicquam Ambrosius dixit, scriptis, innuit. Imo contra, Paternia fuit offensio, id est, in autoritatem paternam, quoniam venturam in locum filia tua debuit eligere iudicio, cui fieres pater: namque, aut natura filios suscipimus, aut electione. Porro facile reconciliari potuisse patrem filio, laudabile fuit, vt, quod peccarat filius, pater corrigerer: sed nihil ad rem.

XII. Denique ratione pugnat. In eiusmodi coniugio, nihil eorum deest, quæ ad essentiam matrimonij pertinent: verum igitur & ratum, atque adeo insolubile est. Probat antecedens: Consensus contrahentium adept, & intentione ministri: adept materia, nempe persona ad matrimonium idonea: adept forma, id est, verba, seu signa mutui consensus: quid igitur deest?

XIII. Respondeo, negari antecedens: In probatione autem, negatur adesse materia, id est, persona ad matrimonium idonea. Non est enim persona idonea, quæ non habet consensum eorum, in quorum est potestate. Alioquin nihil est, quo doceret irrita esse Presbyterorum matrimonia.

XIV. Instat, Si non est apta persona: ergo vel quia deest libertas arbitrij, vel maturitas consilij, velius disponendi de statu vita. At non, quia deest libertas arbitrij: quia tum, ne accedente quidem parentum consensu, ratum coniugium esset. Non quia maturitas consilij: quia haec nou est necessaria. Non demque ius disponendi: nam filius, licet patri obedientiam, & reverentiam debeat, tamen quando vsum liberi arbitrij habet, liber est, & sui iuris, non minus quam pater, in his, quæ ad statum vita pertinent.

XV. Respondeo, non propter defectum, aut libertatis, aut maturitatis, sed propter iuris. Et negatur sui iuris esse filius in disponendo statu vita. Concedo esse liberi arbitrij: sed nego propterea esse sui iuris. Haec enim differunt inter se. Nam & vxor, & seruus, sunt liberi arbitrij, nec tamen sui iuris. Sunt sane filii liberi arbitrij, æque ac pater: at falsum prorsus, esse æque sui iuris in his, quæ ad statum vita pertinent. Alioquin quomodo poterat pater

Tom. III.

vendere filiam: Exodi 21. Et quomodo poterat pater filia, mātitus uxoris facere votum iritum? Num. 30.

XVI. Nihil ergo probauit Bellarminus. Nos contra: primum Scripturam habemus, quæ auctoritatem coniugij liberorum semper assigat patri. Sic Genes. 24. Abraham mandata dat seruo suo, de quærenda uxore Isaac. Sed & Rebecca postulatur a Bathuel patre, ab eodemque despontatur. Rursus c. 28. Isaac mandata dat ipsi Iacobō de sumenda uxore: & vigesimo nono, filia ei suas Laban tradit. Mosis verba sunt, Exod. 21. Si seduxerit quis virginem neandum despontatam, dormieritque cum ea, dotabit eam, habebitque eam uxorem. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iusta modum dotti, quam virgines accipere consueverunt. Et 34. Nec uxore de filiabus eorum accipies filii tuis. Iudic. 14. Samson nuntianit patru suo, & matri sua, dicens, Vidi mulierem in Tamara, de filiabus Philistinorum: quam quæso, ut mihi accipias uxorem. Et 21. Nullus nostrum dabit filius Boniam de filiabus suis uxori. Primi Samuel. 13. Thamar Absalom respondet, Quin potius loquere ad regem, & non negabis me tibi. Quid plura? Paulus 1. ad Corinth. 7. Qui matrimonio iungit virginem suam, bene facit.

XVII. Respondeo Bellarminus, non negare, ad parentum curam & prouidentiam filiorum coniugia maxime pertinere:

XVIII. Satis maligne. Nam cur maxime pertinere, & non potius pertinere? Atqui tam exiguo flexu, tantus iactus non vitatur. Constat enim libero rum matrimonia pertinere ad curam parentum: unde certa consequentia, nō posse absque cura parentum contrahi: aliter non pertinerent ad curam parentum. Itse leuita de suo addidit, maxime pertinere, quasi ad aliam curam pertinerent, eti potissimum ad paternam. Vafre nimis: nec vt vitum bonum decet.

XIX. Respondet iterum, Exod. 22. non agi de matrimonio iani contrato, sed futuro, causa stupri precedenti.

XX. Concedo agi de stupro: sed stuprum dico intelligi, querhecumq; coitum cum virgine, non consulto patre. Ideoque etiam coitum prætextu matrimonij. Nam lex est viuialis: Qui: canque virginem non despontatam seduxerit, vt dormiat cum ea. Atqui, inquam, qui cum virgine concubabit, nomine matrimonij, seducit eam. Ergo idem hac lege tenetur. Agi ergo facteur de futuro matrimonio, nempe, quia nullum supponit esse, aut esse posse, sine patris voluntate. Itaque disertissimus locus est, quemque nulla arte eludant aduersarij: Si voler pater, nuptiae erunt: si nolit, non erant. Nam quis credit, nolle filiam nuptias, que iam sui copiam fecerit. Poste virum nolite, fateor: sed eius voluntatem lex negat attendandam: nam si pater filia velit, ducenda est, siue velit, siue nolit ille: & quidem ea lege, vt nunquam possit dimittere. Deuter. 22. Sed si nolit pater, non potest. Ergo coniugium filie, prorsus pendet ab arbitrio patris.

XXI. Secundo, argumentum damus: Nemo non sui iuris, de se potest statuere. At quicunque matrimonium contrahit, de se statuit. Ergo, nemo non sui iuris, potest matrimonium contrahere. Atqui liberi non sunt sui iuris. Ergo non possunt matrimonium contrahere, scilicet absq; consenti corum, in quorum sunt potestate. Probatur maior. Numer. 30. Mulier si quipiam voverit, & se confixaverit iuramento, quæ est in domo patris sui, & in estate adhuc puellaris: Si cognoverit pater votum quod pollicita est, iuramentum quo obligavit animam suam, & tacuerit, voti rea erit: quicquid pollicita est, & iurauit, opere complebit. Sin autem statim vt audierit, contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quod contradixerit pater.

XXII. Respondet Bellarminus: Filiam intelligi, non quamlibet, sed quæ in domo parentum habitet: sed sit in etate puellaris. Quomodo apud Gratianum q. 2. Causa 20. Puella, si ante duodecimum etatis annum, sponte sua velamen sibi sacram assumperit, possunt statim parentes, vel iuratores, id factum trahitum fare, si voluerint. Si vero in fortiori state adolescentula, vel adolescentis seruire Deo elegerit, non est potest as parentibus prohibendi. Et rationem legis reddit, quia ante annos pubertatis non habent homines plenarii iudicium rationis: ideoque nec sunt Domini actuum suorum: at post annos pubertatis, sui iuris efficiuntur.

XXIII. Fateor vero filiam intelligi, non quamlibet, sed quæ in domo parentum habitet: sed dico hoc ipsum esse, quod nos in thesi posuimus, quæ non sit sui iuris. Nam quod de annis duodecim additur, & atque ante pubertatem, merum est nūgamentum. Quod autem vigerat etatem puellaris, quid si virginem ego, quod alibi ille, Judith anno etiam etatis quadragessimo puellam fuisse? Annegent hanc etatem puellaris fuisse? Nam si non fuit, ne illa quidem puella. Sed ille fortasse priuilegio Sophistarum volet ut: quod est in Euthydemio Platonis, οὐ διαγνοῦσθε τὸν εἰρηνικόν, ὅτε ἡ πόλις πορρωπορεύεται, καὶ τὸν μέγαν τὸν εἰρηνικόν, τοῦ διαφωνήσαντος, Itane ruris es, Socrates, ut ea quæ prius diximus, nunc in memoriam reuoces, obrectando? quin & si quid superiore anno dixi, in memoriam sis reuocatur? Nam, vt viderit, multum iam temporis erat, cum illud de Judith puella diceret, antequam haec venirent in mentem de puellaris etate.

XXIV. Quid ergo? Interpretetur Lyranus, Nec intelligitur ista lex de pueris, quæ non attigerunt annos discretionis: quia illæ non possunt vovere: nec etiam de illis, quæ sunt maritata, licet adhuc maneat cum patre, quia sunt emancipatae: sed de illis, quæ attigerunt annos discretionis, nec sunt maritatae viro, seu affidatae, & ideo sunt simpliciter sub iuris patris: & illæ non possunt aliquid vovere, quod sit stabile seu obligatorium absque consensu patris expresso, vel tacito. Quid ergo, nisi mentitus est Bellarminus, substituens puellam nondum annorum duodecim, & ante annos pubertatis?

XXV. Et vero δίγυνον, qua voce hic vsus Moses, non eam duntaxat etatem designat, quam nos putemus, intra pubertatem scilicet: sed etiam proiectorem, & quam nos iuuentutem dicimus, atque adeo post susceptos liberos. Psal. 127. Sic sagitta in manu fortis, sic filii iuuentutis: ad est, suscepti in iuuentute. Malach. 2. uxorem adolescentia tua noli despicere. Glossa interlinearis coniunctam ibi in iuuentute. Sed & δίγυνον est iuencula, adolescentula nubilis. Itaque Genes. 24. Rebecca sic appellatur, quia tamen statim despontatur Isaac. Deut. 22. ea quæ iam tradita in matrimonium: sed & ea quam vir seduxerit. Esther. 2. Quarantur regi puella virgines. Prioris Reg. 1. Quaratur dominorū regi puella virgo.

XXVI. Russus tertio argumentatur: Si liberis licet, absque parentum

consensu, matrimonia contrahere: ergo ijsdem licet de familia paterna disponere pro arbitrio, & absque consensu paterno. At hoc absurdum. Ergo & illud. Patet assumptum, ex hice natura, quae suum cuique iubet reddi: unde distrahendae pecuniae, agrorum vendendorum, nulla eis facultas est. Paulus ad Galat. 4. Quamdiu heres est infans, nihil differt a seruo, quamvis sit Dominus omnium.

XXVII. Consequentia probatur. Quia, qui contrahit matrimonium, vel coniugem transfert in familiam patris, vel seipsum in alienam familiam. Neque dari potest medium. Mares, ut plurimum transferunt in suam familiam suas uxores: secundum autem transiunt in familias maritorum. Atque absurdum est, in paternam familiam adscribi quemquam iurito patre. Atque id erat, quod tuncuebat Ambrosius supra, *Paterna fuit offensio: quoniam venturam in locum filii tuo debuisti eligere iuratio, cui fieres paternus, que, aut natura filios suscipimus, aut electione.* Sed nec minus absurdum, è paterna familia quemquam subducere iurito patre: subduceretur autem filia: tanto absurdius quam seruis, quanto filia patri charior, & coniunctior.

XXVIII. Sed & olim ita iudicatum, Basiliij Epist. ad Amphilochium Canon. 43. **Quia sine iis qui habent potestatem sunt matrimonia, sunt fornicationes.** Nec ergo viuente patre, nec domino, iis qui conueniunt, sunt ab accusatōne liberi, donec coniugio Domini annuerint: tunc enim accipit firmitatem, coniugii. In eum locum Balsamon, Dicit, quod si filia familiæ, vel ancilla, matrimonium cum aliquo contraxerint sine voluntate eorum, qui ipsas habent in potestate, hoc exigitur fornicatio, ut pote quod non possit consistere. **Quare & tanquam fornicatores punientur, & matrimonium tanquam quod non possit consistere solvetur.** Idem Basilius eadem Epist. Canone 38. **Puellis, quis præter patris sententiam fornicatores secut& sunt, reconciliati parentibus videturves remedium accepere.** Balsamon, Dicit, quod si aliqua pueræ tradant seipsum amatoribus præter suorum parentum sententiam, & ab illis vitium illius illatum sit, etiam si matrimonio fibi esse coniuncte videantur, matrimonium eius, que est in parentis potestate, non possit consistere sine paterna voluntate. Sin autem parentes ipsarum eis reconciliati fuerint, & eas cum amatoribus cohabitare voluerint, ei re illa ratione videtur remedium asserri. Quod enim ab initio male factum est, parentum postea consensus reparare videatur, ut fornicatio in matrimonium ducatur.

XXIX. Idem Basilij Canones recitantur in iure Greco-Romano, in responsis matrimonialibus Matthaei Monachi. Eradditur, εἰ γὰρ σωστὴν τὴν πατέρου οὐδὲν ἔχει τοῦ πατέρου, οὐδὲ γνωστὸν τὸν πατέρα, τὸν γάρ, πατέρα λογίζεται. Qui in aliena potestate sunt, eorum pacta nihil habent firmi: propterea, quia cetera voluntatem neptis sunt eorum penes quos potestas est, proscrationibus habentur.

XXX. Quo accedit & illud decretum, quod habetur Euaristi nomine,
Epist. 1. Similiter custoditum & traditum habemus, ut uxor legitimè viro iungatur. Alter enim legitimū, ut à patribus accepimus, & à Sanctis Apostolis, eorumque successoribus traditione innenimus, non sit coniugium, nisi ab his, qui super ipsam feminam dominationem videntur habere, & à quibus custoditur, uxor petatur, & à parentibus, aut propinquioribus sponsetur, & legibus dotetur, & suo tempore sacerdotia alter, ut moris est, cum precibus, & oblationib[us], à Sacerdote benedicatur. Et post, Alter vero praesumpta, non coniugia, sed aut adulteria, aut contubernia, aut stupra, vel fornicationes potius, quam legitima coniugia esse non dubitase.

XXXI. Sed de Euaristo Bellarminus responderet, (nam Basiliunt, vel non vidit, vel finxit non videre.) Multas ex conditionibus Euaristi, ita esse extrinsecas, & accidentarias, ut stultum sit credere, sine illis coniugium irritum esse: vt vxorem paronymphi custodiant, vt propinquoi comitentur, vt legitimè doteatur, & solenniter accipiatur. Itaque noluisse Euaristum significare, eas omnes conditiones esse necessarias, ita vt si vna vel altera desit, irritum sit matrimonium. sed ita legitimum esse, si illa omnia ad sint, vt è contrario si nulla ad sint, legitimum habeti non posit.

XXXII. Ego vero non inuitus audiam Euaristum cogi in ordinem: quem tamen Euaristum esse, non possum admittere, sed infrumentum aliquem monachum, qui non tam lusent ipse sibi, quam Ecclesiae illuserit. Sed hoc illis curae esto, qui hoc sibi Decretalium Epistoliarum pistrinum delegerunt. Bellarminus iubeo repertere, quia tamen apud se descripta noluit legi, *aliter praesumpta non coniugia, sed adulterio, aut contubernia, aut stupra, vel fornicationes potius, quam legitima coniugia esse non dubitate*. Nam haec appetat valde serio esse dicta: *cum enim lepido ingenio periflet, tam curiosus, tam selectorum verborum cumulus?* Hoc posito: esto fane quod iubet Iesuita, non omnes conditiones esse necessarias: & mentem hanc esse, ut si earum nulla adsit, legitimum matrimonium non censeatur. Libet enim in hanc saltem horulam homini satis imperioso non denegare obsequium. Nempe igitur, inquam, potest aliquid abesse, salua matrimonij essentia: sed profecto non poterunt omnes: ne tam bellum autorem, non tantum nos, ut spuriū castris prohibeamus, sed illi etiam ut ridiculum exhibent. Cedo igitur delectum. Quas ergo censebimus abesse posse? Nempe, opinor, quasdam illas, tam extrinsecas, tam accidentarias, ut parvymphi custodian, ut propinquū comitentur, ut doteatur, ut sacerdotaliter benedicatur. Reliquæ igitur potionē iure erunt, ut tabijs, qui in eam dominationem habent, petatur, ut à parentibus desponsetur. Quare de his saltem concedet Euatisto Bellarminus, in honorem cathedra, ut verum dixisse videatur. Atqui hoc illud est, quod volebamus, ut quæ nuptiæ contrahuntur inter liberos absque parentum consensu, ex pro scriptione habeantur, non pro nuptijs. Sic respondendo, nihil respondit Bellarminus prævaricator egregius.

XXXIII. Ambrosius, libro primo de Abraham capite nono: & refertur à Gratiano, Causa 30. qu. 5. *Consulitur puerilla, non de sponsalibus* (illa enim iudicium spectant parentum: non est enim virginalis pudoris eligere maximum) *sed iam de sponsata uero de profecitionis consulitur die.* Nec immērito dilationem non astulit: iure enim properare debuit ad maritum. Vnde illud Euripiðeon, quod mirantur plerique, unde translatum sit manifestum est. *Ait enim in persona mulieris, que tamen maritum volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias, Numos uictus puto ita euās marie iūcis Mēcāmūas ēēs, nō cōs ēpōr xp̄irēas nēdī.* Hoc est, sponsalium quidem pater meus curam subibit, hoc enim non est meum.

XXXIV. Non tacet Bellarminus : Nihil, inquit, in eo canone contra sententiam nostram habetur. Recte, inquam, si vestra sententia negat filiatum

XXXV. Denique apud Gratianum, Causa 37. quæst. 1. cap. 3. Si quadruplicatur, patrem habere consisterit, & puella raptori consenserit, potestati patris excommunicata reddatur. Quæst. 2. ipse Gratianus. Cum illa rapta patria potestati restituta fuerit, & raptor sua rapina paenitentiam egerit, cum voluntas parentum utriusque in unum conuenierit, non prohibentur ad inuicem copulari.

X X X V I . Respondeat Bellarminus , aliud esse raptum , aliud coniugium . Raptus enim , inquit , ad eam pertinet : quæ nondum est propria vxor , neque sponsa . Qui enim violenter sponsam suam patri eiusdem aufert , non dicitur raptor : quia rem suam , non alienam rapiat . Sed si puella loco tuto , & libero constituta , libero consensu cum raptore contraheret , non posset à patre irritum fieri matrimonium .

XXXVII. Verum est, longo interuallo distare raptum à coniugio. Sed nego coniugium illud, quod Bellarminus ratum vult absque parentum consensu, procul distare à raptu. Hoc probo ex Lombardo, libr. 4. distat. 41. & Gratiano, quæst. 1. Causæ 36. cap. 2. Sic enim uterque raptum definit, Raptus admittitur, cum puella violenter à domo patris abducatur, ut corrupta in uxorem habeatur, siue puella solummodo, siue parentibus tantum, siue virisque vis illata constituerit. Et cap. 3. Gratianus, Ex hac autoritate liquet, quod aliquando vis infertur parentibus, & non puella. Quare in aliquo saltene raptu concurrunt ea omnia, quæ Bellarminus postulat in rato matrimonio. Iam vero, quæ producimus verba, loquuntur de hoc genere raptus. Ergo ex iis constat non esse matrimonium ex solo consensu raptoris, & rapte: nisi accedat consensus parentum, quod nos disputamus.

XXXVIII. Variè ergo fallit Bellarminus. Primum, non pertinere raptum ad vxorem, aut sponsam, verum: sed addo, neque vxorem, neque sponsam esse, quam patris voluntas non desponderit. Itaque raptum esse, etiam cum abducitur, quæ proprio motu contraxit nuptias inconsultis parentibus: alioquin non posset esse, quo solis parentibus vis fieret. Secundo, deponendam pueram, tuto & libero loco. Atqui Canones iubent patri restituiri: tuto quidem & libero loco, quis negat? sed a raptore: in potestate tamen patria: qui solus virginis locus turus: non autem sibi permittandam. Nam alioquin, quorūsum tutus locus: cum supponant Canones, eam consentire in nuptias? Tertio non posse irritum fieri matrimonium. Atqui Canones nullum potius esse dicunt, nisi annuente patre. Næ mihi, si Bellarminus eas fallendi permittat artes, quas ipse ipsi plurimas indulget, nihil sit, quod me contra Bellarminum difidam conjecturam.

C A P . XII.

De Repudio.

I. D e Iesu, quam priorem controuersiarum de Matrimonio parté proponeremus, haec tenus satis. De Repudio deinceps, quod opponitur Matrimonio, ut coniunctioni solutio: quas enim personas matrimonium coniungit, easdem separat repudium.

II. Sed in Matrimonio considerantur gradus duo, Sponsaliorum, & Nuptiarum. Sponsalia significant communem consensum & legitimū futuras nuptias. Nuptiae autē complementum sponsaliorum, videlicet, cū vir assūmit ad se prius despontatam. Quomodo despontata fuit Isaaco Rebecca, in domo patris Bathuel, de voluntate ipius patris, & sua: post autem tradita Isaaco. Sic Isaaci filio Iacobo despontata filia Labani, totum septennium ante nuptias, quo impleto dixit Iacob Labano, Genes. 29. *Da mihi uxorem meam: quia iam tempus impletum est, ut ingrediar ad illam.* Ac tum dicitur à Veteri Latino interprete Laban fecisse nuptias, quamuis Hebreice sit conuium. Tum ergo tradita est Lia. Sed Rachel eidem despontata est in dies septem. *Imple hebdomadam dierum huius copule: & hanc quoque dabo tibi pro operē, quo seruiturus es mibi septem annis aliis.* Sic denique in Euangeliō Matthæus cap. 1. distinxit, *Cum Maria despontata esset Iosepho, priusquam ipsi conuenissent, inuenta est veterum ferre.*

III. Iam repudium commune est, tum sponsalibus, tum nuptiis, nempe, ut repudiari dicatur, tum ea quæ tantum desponsata erat: tum ea etiam quicunque nuptiæ erant celebratae. Plautus Aulularia, scena penult. LYC. *Filiam ex te tu habes.* EV. *Imo eccillam domi.* LYC. *Eam tu despondisti opinor meo an unculo.* EV. *omnem rem tenes.* LY. *Is me nunc renunciare repudiam iussit tibi.* EV. *Repudium rebus paratis, atque exornatis nup. ius?* Terentius Phormione, Actus 4. Scen. 3. Illi repudium renunciet, quam tamen prius sponsam nominauerat, Si volt Demipho dare quantum ab ea accipio, quæ sponsa est mihi. Suetonius Claudio, Sponsas admodum adolescentes duas habuit. Priorē adhuc virginem repudiauit. Hæc exempla erant repudiatae sponsæ. Nunc uxoris, & post nuptias. Suetonius Cæsar, Corneliam Cinna quater Consulē filiam duxit uxorem: ex qua illi mox Iuliā nata est: neque ut repudiari compelli à Dictatore Sulla villo modo potuit. Quintilianus lib. 7. c. 9. Eandem repudiauit: per propinquos rogata ut rediret, non est reuersa, suspendit se maritus: mulier veneficii rex est. Plinius libr. 7. cap. 36. M. Lepidus Apuleia uxoris charitate post repudium obiit. Iustinus Apolog. 1. τὸ λεγόμενον πρωτεῖ μῆτρα δότης, ιχνιζέδης missio eo, quod apud vos dicitur repudio separata est. Valerius Maximus lib. 2. Repudiis inter uxorem & virum à condita urbe, usq; ad vigesimum, & quingentesimum annum, nullum intercessit. Tacitus Annal. 3. Quirinius post dictum repudium adhuc infensus.

I V. Sed repudium tamen post nuptias, appellatum est etiam Diuortium. Suetonius in Tito, *Duxit vxorem, & in defuncta locum Marcianam Furnillam splendidi generis, cum qua, sublata filia, diuortium fecit.* In Claudio, *Vxores deinde duxit Plautiam Vrgulanillam triumphali, & mox Aeliam Plautiam consulari patre.* Cum ultraque diuortium fecit. In Cæsare, *In Cornelias locum Pompeiam duxit, Q. Pompeij filiam, L. Sulla neptem, cum*
qua da-

qua deinde diuortium fecit. In Octauio, Curisque etiam immaturitate sponsorum & matrimoniorum crebra mutatione, vim legis eludi sentiret, tempus sponsas habendi coactavit: diuortii modum imposuit. Ratio nominis, ni fallor, quia vna habitent vit & vxor, dum constat matrimonium, vnde Græcis frequen-
tissimum *suo viro*, *vixox*, *euox*: at per diuortium separabantur. Quæ-
ratio non est in sponsis, quæ nondum ducta: itaque non dicebantur di-
uertere. Hinc factum, ut Iurisconsulti, Repudium concederint, tāquam pro-
prium sponsis, quod alioquin erat commune: vnde Apuleius Apologia 2. v-
troque promiscue v̄sus est, *Vidua qualis nuptiis venit, talis diuortio digreditur.*
Post, *Sic illa morte amisit maritū seu repudio digressa est: utramvis habeat cul-
pam mulier, que aut tam intolerabilis, ut repudiaretur, aut tam insolens, ut re-
pudiaret.* Nos, si libet, cum Iurisconsultis loquamus: & quædamus primo de
Repudio, tum de Diuorio.

V. Repudia olim in Ecclesia Iudaica, fuisse permissa confici videtur ex Matth. 1. *Ioseph vir Maria, cum esset iustus, & nollet eam ignominie expondere, voluit eam clam dimittere.* Nec mirum: cum Iudeis etiam diuortia fuerint in v̄su. Sed queritur in Ecclesia Christiana, vtrum idem liceat. Nec vero negatur omnino licere: sed Papistæ, postquam distinxerunt matrimonium in legiti-
mum, in quo nihil contra leges, & ratum, quod verè contractum ex con-
fensi partium legitimo, & consummatum, cui accessit copula carnalis, tum pronuntiant, id quod non sit consummatum, discl. ii posse prætextu religio-
nis, id est, per solennem votum, sive monasticam professionem. Vnde Canon.
6. Tridentinus self. 2.4. *Si quis dixerit matrimonium non consummatum, per
solennem religionis professionem alterius coniugum non dirimi, anathema sit.* Et
disputat Bellarmine cap. 38. lib. 1. de Monachis: item Croquetius Cate-
chesi. 215.

VI. At nos, præter quam quod dicimus solennem hunc religionis ingre-
sum, mērè superstitionē esse, quæ de re in disputatione de Votis disputan-
dum est: etiam censemus, non posse hanc legitimam esse causam fidei non
seruandæ, quæ data in sponsalibus.

VII. Primum argumentum Papistis, à testimonij Veterum. Quanquā
Croquetius infirmitatem agnouit, *Adferuntur*, inquit, *quædam probations*,
in quibus tamen aduersus hereticos non videretur multum inesse præsidij, si Eccle-
sia sententia nobis deesset: nam prater sententias Pontificum, vix quicquam est in
antiquitate. Sed etiam tamen quantaunque sint, videamus. Apud Gratianum
Caulæ 27. q. 2. c. 27. Eusebius Papa, *Desponsatam puellam non licet parentibus
alijs viro tradere: licet tamen illi monasterium sibi eligere.* Et post Gregorius, *De-
creta legalia desponsatam, se conuerti voluerit, nullo omnino censuerunt damno
multari.* Quibus additur Canon ille Tridentinus.

VIII. Sed facilis responso. Nam Canon ille Tridentinus, apud Papistas
magni ponderis, apud Catholicos nullius est momenti: itaque ne responso
quidem dignum. Nec decreta apud Gratianum multo potentiora: cum sint
compluria supposititia: & forte ista: nā certè illud Gregorij non legis lib. 6.
Registri, vnde dicitur desumptum. Monasteria autem extitisse, aut nominata
eriam fuisse Eusebij temporibus, non credent antiquitatis Ecclesiastica per-
petti. Et tamen aliam solutionem nobis Gratianus ipse exhibet. Ex his enim
Canonibus elicit, nullum esse matrimonium inter desponsatos, *Cum ergo coniugatorum continentia, nisi ex amborum consensu, Deo offerri non valeat, cum vir
sui corporis potestatem non habeat, sed mulier, sponsa autem monasterium possint
eligere, & sponsi, non exquisito consensu sponsarum propositum melioris vita &
assumere valeant, patet quod inter sponsum & sponsam coniugium non est.* Atqui
Bellarmine de ijs sponsis disputat, inter quos coniugium est, & quidem ratum:
atque adeo à perfecto non differens, nisi quomodo homo, cui nulla
deest pars integralis ab homine manco, surdo, vel cæco. Denique Ioannes de
Turrcemata in Canone *Desponsatam*, intelligit, *sponsum de futuro*.

IX. Secundum argumentum ab exemplis Teclæ, quam Paulus despon-
satam à nuptijs reuocauit, teste Epiph. hæresi 78. & Ambr. lib. 2. de Virginib-
us. Sancti Alexij, Euphrasie, Cæciliæ, teste Simeone Metaphraste, duorum
militum, apud Augustinum Confessionum lib. 8. c. 6.

X. Respondeo, non posse ab his exemplis quicquam certo concludi. Nā
milites illi ab Augustino desumpti, quomodo sponsas habuerint, non con-
stat: tantum enim habuisse dicit Augustinus: & videntur per verba de futuro,
quæ hodie sic dicunt: neq; enim illa de præstanti, tunc temporis videntur vñ-
pata: quæ ne nominata quidem. Quæ exempla à Metaphraсте repetuntur,
suspecta sunt fidei. Solet enim ille nuperus Græculus vanissimas fabulas cō-
fessari. Discas grauitatem authoris, ex nuptijs illis in Cana Galilææ, in quib.
Ioannem Euangelistam sponsum fuisse habet pro certo: quod nō tantum re-
futat Croquetius, sed etiam Baronius anno 31. §. 30. *Sunt haec omnia*, inquit,
*commentitia, ac nuper excogitata: cum penes antiquos patres nulla proposita
mentione his habeatur.* Et qui sic vanus reprehendit in Ioanne, fidem mereatur
in reliquis?

XI. Impudens etiam fabula fuit Thecle. Hieronymus in viris illustribus,
in Luca, *Igitur, περὶ Παύλου Τηθέλης, τοταν βαπτισταὶ Λεωνις fabulam in-
ter Apocryphas Scripturas computamus: Quale est enim, vt individuus comes
Apostoli inter easeras eius res hoc solum ignorauerit? Sed & Tertullianus de Ba-
ptismo cap. 17. Quod si qua Pauli perperam scripta legunt, exemplum Thecle, ad
licentiam mulierum docendi, tingendique defendunt: sciant in Asia Presbyte-
rum, qui eam Scripturam construxit, quasi titulo Pauli de suo cumulans, coniugium
atque confessum id se amore Pauli fecisse, loco deceſſisse. Cui igitur satisfa-
ctum iri putant sano? Equidem non negem aliquam potuisse existare The-
clam: & candem martyrem: sed persuasam à Paulo vt discederet à sposo, ne
centum quidem Epiphanij persuaserint, quod manifeste pugnet cum doctrina Pauli.*

XII. Tertio loco rationes sunt duæ. Prior hæc est: Semper efficitum,
transire de statu minus perfecto ad perfectiore, si id possit fieri sine vñlius
detrimento. At statu coniugij est imperfectior statu religionis: Ergo poterit
ab uno ad alium fieri transitus, quando id fieri sine vñlius detramento: fit autē
sine vñlius detramento, quando matrimonium non est consummatum. Hoc
probat. Quia, cum matrimonium est consummatum, duplex detramento
oportet, si dirimatur: vñnum proli iam natæ, vel conceptæ, quæ non poterit tam
bene educari: alterum ipsi coniugi, quæ manet ligata, nec potest alteri nube-
re: & quando etiam polter, non tam commodè, cum non sit amplius virgo.
At nihil horum est in non consummatu.

XIII. Respondeo, variè peccari; Primum, negatur posse semper transiri,
Tom. III.

quando potest fieri sine alterius detramento. Quia altera causa est potest,
nempe fides data: quam nemo frangere debet: sed seruare etiam cum proprio
damno. At hic non potest sic transiri, absque fœdisragio: quia sponsus obli-
gauit fidem suam sponsæ, se duetum: itaque, cum non ducit, imo ab ea se-
parat se solo suo motu, tum promissam fidem non præstat: quod non est viri
boni, & pij, quantumcunque singas nihil alteri coniugi perire commodoru-
Secundo accedit alia ratio, defectus potestatis: nam in matrimonio, neque
vir habet potestatem sui corporis, neque vxor sui.

XIV. Præterea, hoc ipsum falsum, posse fieri absque alterius detramento:
hoc ipsum detrimentum est, quod sponsæ iniunctæ denegatur suus sponsus.
Sed illa, inquit, tenetur consentire. Imo, inquam, temere dictum. Quis enim
iussit? Nam Iesuitæ quidem leuior autoritas. Tum autem, si veram, teneri
sponsam consentire sponso volenti perfectiores nuptias inire: cur non, si Epis-
copatum desideret, quem etiam, cum libet, nuptiarum cum Ecclesia nomine
indigent? Egregium audiamus acumen! Quia, inquit, monasticæ profes-
sionis repugnat per se, & ex natura rei, matrimonium, at non ordinis sacro. Nō
potest dari magis stupidus disputator. Hoc quero, sitne, an non sit perfectior
status Episcopi, quam coniugati. Tu respondes magis opponi matrimonium,
monachatu, quam Episcopatu. Recte: si tibi in disputando propositum cā.
chinnos excitat: & Iesuitam soleritam ridendam propinare. Nam, quis sa-
tagebat coniungere matrimonium monachatu? Eheus tu? ne nescias, nō hoc
nos dicimus, debere sponsam vuentum monachatum, non discedere ab
sponsa: quis enim tam bardus est, vt ignoret esse *πόνησην*? Sed dicimus nō
debere sponsam deserere, ideoque non vouere monachatum: &, si voueat,
debere iurum fieri vorum, ne irrita fiat prior fides, & quidem cum sponsæ
detrimento.

XV. Egregium vero illud à detimentis matrimonij consummati. Quasi
somnia cum somniantibus disputaret. Non accidunt illa duo incommoda:
Ergo nulla. Mirum acumen. Sed potest alteri nubere. Primo, quid tum? An
quia mihi facile est vestem aliam comparare, ideo tibi licet eam me inuitu
rapere, quam nun habeo? Deinde, quid est naturam matrimonij ignorare,
si hoc non est? An tu putas in matrimonio nihil queri, nisi indefinite coniugem?
Et periude esse, quancumque tu offeras? An potius delectum esse, &
quidem ex amore? Nam, si illud, quod tu mihi discrimen ponis inter bellua-
rum promiscuam venerem, & hominum matrimonium? Quanquam & bel-
luarum nonnulla fidem, v̄ta dicam, coniugij seruant. Sin autem hoc, quis
tam *πόνησην* cogitare potest amorem, & tam desultorium? Nimis iniqui-
simi sunt Cœlibatarij coniugij hostes, qui coniugiorum sint legislatores. Sed,
qui non sunt humanitatis expertes, sciunt veram coniugij conciliationem
esse ab amore: amorem autem nullum esse, nisi certa persona; non autem
quasi cum lapides in turbam iacti fortuito vñnum aliquem ferunt.

XVI. Secunda ratio: In matrimonio duplex inuenitur vinculum: vñnum
spirituale, quod ex solo consensu nascitur: alterum carnale, quod nascitur ex
copula. Sed istud carnale dirimitur per mortem corporalem: Ergo spirituale
dirimi debet per mortem spirituale, & ciuilem. Talis autem est monastica
professio, qua homo toti mundo, quodammodo, moritur. ergo.

XVII. Deum immortalem! quæ sunt hæc somniorum portenta? Duplex
vinculum in matrimonio concedamus sane: Vinculum carnale nasci ex co-
pula, quis sanus concedat? Nisi forte idem vinculum agnoscas etiam in mē-
bris fœturi: & refugas illud, nuptias voluntas non concubitus facit. Sed, hoc
si verum manet, tum certum est vinculum carnale fieri aliunde: & esse verum
effectum alterius vinculi, quod spirituale dicunt. Sed esto tamen, nihil enim
nunc interest. Sed vinculum spirituale ex solo consensu nascitur. Ergo, in-
quam spirituale hic alia notio vñsuratur, quam cum Paulus spiritum carni
opponit: non enim diuinum quid est: sed mērè humanum: quomodo con-
fensus, qui omni coniugio inest. Pergamus. Carnale vinculum dirimitur per
mortem corporalem. Esto, sed quomodo, inquam? solumne? Nam hoc ego
quidem negem: qui sciunt per mortem solui, non partem duntaxat coniugij:
sed torum omnino coniugium. Ideoq; per eandem mortem solui etiam vin-
culum illud spirituale. Si enim non solueretur, non posset per mortem solui
matrimonium, nisi quoad thorum, vt Sophistæ loquuntur: itaque Sophistæ
transeundum est in castra Montani. Quid si nolunt: certè Sophistæ con-
cedendum, solui vinculum spirituale per mortem. Quorsum ergo hæc di-
stractio, sicut carnale per mortem corporis, sic spirituale per mortem spi-
rituale in?

XVIII. Monachatus est mors spiritualis, vel ciuilis. Esto: nunc enim de
natura monachatus non dispu-to. Sed deinceps, per monachatum, inquit,
homo toti mundo quodammodo moritur. Esto: sed non igitur absolute mori-
tur: cur ergo: quæ non est mors, nisi quodammodo, ea tamē non quodam-
modo, sed implicititer soluit vinculum illud spirituale, sive ciuile? Sed con-
donemus hoc. Islud attendamus. Monachus mundo moritur: Qui mundo mori-
tur, soluitur à coniugio. Ergo monachus soluitur à coniugio. Ne negemus.
Sed non propterea tamen non monachus soluitur à coniugio. Atquinilla
questio est, vñnum qui monachus est possit esse coniugatus: sed vñnum, qui
coniugatus possit fieri monachus. Quomodo, si de Episcopo disputarem ex
hypothesi Pontificiorum. Concedunt enim hi Episcopum solutum esse à
coniugio: ne caliter debeat esse: Itaque negant Episcopum debere esse con-
iugatum: sed non concedunt tamen per Episcopatum solui matrimonium.
Quid ergo? nempe coniugatum non debere fieri Episcopum, inuita saltē
coniugio. Quo exemplo nos freti; etiam si nunc non dispuemus, & in gratiam
Papistarum supponamus, neminem Monachum debere esse coniugatum, ta-
men negamus monachatum debere soluere præcedens matrimonium, id est,
coniugatum non debere fieri Monachum. Sic enim monachatus, et si sua na-
tura oppositus coniugio, non soluet coniugium.

XIX. Nempe igitur falluntur Sophistæ, qui tantum necessarium ponunt mo-
nachum fieri, quam mori. Atqui mori pendet ab ordine Dei: itaq; non in
nobis est, vñnum malum vñ coniugio, an mori. Sed monachatus pendet à
voluntate: itaque cuiusque est apud se statuere, vñnum malum in coniugio per-
manere, an monasterium ingredi. Quis ergo non miretur Sophistarum ar-
tem, quæ potest detribus tam diuersis similiter statuere?

XX. At nostra sententia certa sunt firmamenta, duo axiomata ex verbo
Dei, vñnum, *Quod Deus coniunxit, homo ne separato* Alterum, *Vir non habet po-
testatem sui corporis, sed vxor: vixox, uxor non habet potestatem sui corporis,*
sed vir. Nam matrimonium ratum, quantamvis non consummatum, est à
FF 2 Deo

Deo coniunctum itaque non debet ab hominibus dissolui: vnde sequitur, non debere quenquam ex coniugato monachum fieri. Rursus, si non habet potestatem sui corporis, non potest subducere suum corpus ab eo in cuius est potestate: ideo neque monachus fieri ex coniugato.

XXI. De secundo tacer Bellarminus, & substituit argumentum à sui similibus Sophistis usurpatum, ex vi Sacramenti: quod nos absit ut probemus. Sed priori geminam solutionem opponit. Priorem: non hominem soluere, sed Deum: qui vocet ad cœlibatum. Alteram, non de quolibet matrimonio loquuntur esse Christum, sed tantum de consummato.

XXII. Sed illud de vocatione, commentitium est: Non enim Dei vocatione illa est: sed est superstitionis inuentum: qua de realiā. Non vocari coniugatum à Deo ad cœlibatum, docet Paulus, i. ad Corinth. 7. *Vnusquisque in qua erat vocatione, cum vocatus fuit, in ea maneat: Vnusquisque in eo, in quo erat, cum vocatus fuit, si fratres, in hoc maneat apud Deum.* Difcretius, *Dico cœlibibus & viduis, bonum eis est: si manserint ut maneo ego, quod si se non contineant, matrimonium contrahant. Iis autem qui matrimonio iuncti sunt, denuntio non ego, sed Dominus, vxor à viro ne discedito.* Notetur distinctio, Christiani vel cœlibes sunt, vel coniugati. Cœlibibus licet vel perseuerare, vel nuptias conuahere. At coniugatis nulla datur optio, sed præcipitur, ne deserant coniugem. Si præcipitur, & quidem à Domino: Ergo non liberum. Quare non vocatos Deus ad cœlibatum. Et vero quis illam Dei vocationem putet sanus, cuius à cœdirragio initium est?

XXIII. Sed loquutus est de matrimonio consummato. Ita est, inquam: sed vtrum solo? Imo de matrimonio in genere: est autem matrimonium ratum, et si non consummatum, verum matrimonium, ipsis testibus Papistis. Ergo & de hoc loquutus Paulus: neque enim distinctionis vnum vestigium. Nemo alligatus vxori, querat solutionem. Verba sunt Pauli. At cuius matrimonium est ratum, is alligatus est vxori: hoc fatentur aduersarij, saltem de vinculo, quod spirituale vocant. Certa conclusio nostra: Ergo cuius matrimonium est ratum, is ne querito solutionem.

XXIV. Canon Apostolicus hoc pertinet, prohibens vxorem dimitti, *φέρειν οὐδὲ βαθύτερον, πρετερού πεπάτησι.* At monachismus prætextus est pietatis. Ergo non debet vxori *εἰς τὸν θεόν* dimitti prætextu monachismi. Nam dimittere non is tantum dicitur, qui consummavit matrimonium, sed etiam qui despontauit tantum. Suetonius Cæsare, *Dimissa Cœsutra, quæ familia equestri, sed admodum diues, prætextato despontata fuerat:*

C A P . XIII.

De diuortio controversia statutus.

I. Tantum de Repudio. Diuortium in vnu fuisse inter Gentes, & quidem aequo iure maris & feminæ, non est qui dubitet: cum plaustra exemplorum conferriri possint: tum teste Seneca de beneficijs li. 3. c. 16. *Exeunt matrimonij causa: nubunt repudij.* Tum denique oportuit Octauium teste Suetonio, diuortijs modum imponere.

II. Fuisse & apud Iudeos, testis Christus Matth. 5. *Dimissum est, Quisquis dimiserit uxorem suam, det eilibet libellum discessonis.* Et Pharisei 19. *Cur ergo Moses mandat dare libellum discessonis, & eam dimittere?* Quanquam hi fallabantur, qui mandatum dicenter: itaque correxit Christus, *Moses pro duritia cordis vestri dimittere uxores: permisit, non iusfit.* Vnde constat male vertisse Latinum interpretem vulgatum legem Deuter. 24. *Si acceperit homo uxorem, & habuerit eam, & non inuenierit gratiam ante oculos eius propter aliquam fœditatem: scribet libellum repudij, & dabit in manu illius, & dimittet eam de domo sua.* Cumque egressa, alterum maritum duxerit: *Eille quoque oderit eam, dederitque ei libellum repudij, & dimiserit de domo sua: vel certè mortuus fuerit: non poterit prior maritus recipere eam in uxorem.* Nam hæc versio geminam legem manifestè distinguit: Vnam, si oderit uxorem vir, dato ei libellum repudij. Alteram: *Quæ repudiata nupserit alteri, ad priorem ne redito.* Vnde constaret tam esse præceptum à Mose libellum repudij, quam prohibitum redditum ad priorem virum: contra mentem Christi, qui diuortium permisum dixit. Neque vero contextus Hebreus patitur distingui in geminam legem, sed vnicam ponit. *Quæ mulier repudiata, alteri nupserit, ne redito ad priorem.* Itaque Paginus perpetuo nexu ita vertit, *Si acceperit vir mulierem, & coierit cum ea, accidat autem ut non inueniat gratiam in oculis eius, quod inuenierit in ea turpitudinem aliquam, & scripsit ei libellum repudij, ac posuerit in manu eius, ei eiceritque eam è domo sua: & egressa è domo illius abierit, ac nupserit viro alteri: Et ille quoque vir posterior odio habuerit eam, atque scripsit ei libellum repudij, posueritque in manu eius, ac ei eicerit eam è domo sua, aut si mortuus fuerit vir ille posterior, qui acceperat eam sibi in uxorem: non poterit maritus eius prior, qui ei eicerat eam, iterum accipere eam, ut sit illi vir.*

III. Sed quid in Ecclesia Christiana iuri? Quæsiuerunt à Christo Pharisæi, apud Matthæum 19. *Licetne homini dimittere uxorem suam quavis ex causâ?* Lex enim videtur non coercere mariti impetum: sed cauſas permittere eius arbitrio: *Si non inuenierit, inquietabat, gratiam ante oculos eius, id est, si non placita sit vita.* Christus respondens, *Non legis, opificem ab initio fecisse masculum & feminam: Et dixisse, propterea relinquit homo patrem, & matrem & agglutinabitur uxori sue: & qui duo fuerant, erunt una caro.* Itaque non amplius sunt duo, sed una caro. *Quod ergo Deus coniunxit, homo ne se iungat.*

IV. Quid ergo: prorsus-ne & in vniuersum interdictum diuortium, vt nulli la cauſa liceat, quæcumque tandem illa sit? Imo licet interdum. Et geminam ob causam, Adulterium, & Desertionem. De adulterio Christus pronuntiat: nam cum obijerent Pharisæi libellum repudij permissionis duritiam cordis, quæ coegerit naturam matrimonij violari, subiecit, *Dico autem vobis, Quicunque dimiserit uxorem suam, nisi ob scortationem, & aliam duxerit, eum mœchari: & qui dimissam duxerit, mœchari.* Manifesta sententia est, licere propter fornicationem diuortium facere.

V. Paulus desertionem etiam exceptit, i. ad Corinthios 7. ita iubens coniugem fidelem non discedere à coniuge infideli, vt tamen si hic discedat, fidelem neget hoc casu illi subiici, *Siquis frater uxorem habet infidem, quæ consentiat ad habitandum cum eo, ne eam dimittito: & uxor, quæ habet virum*

infidelem, qui consentiat ad habitandum cum ea, ne eum dimittito. At si incredules discedat, discedat: non est seruituti subiectus frater, aut soror, in huicmodi rebus.

VI. Hæc constant ex Scripturis: vnde manifestum, quid liceat, aut fecus, inter Christianos. Primo, diuortijs causa non permittitur Christiano: nam & adulterium interdictum est: & Paulus desertionem à Christiano ordinandam negat. Itaque si se altera pats ita gerat, vt matrimonio dignum est, tum negatur illius locus esse diuortio. Secundo, etiamsi non per omnia præbeat se commodam, atque odij etiam occasions exhibeat, tamen non propter ea licere diuertere: sed tantum, si fidem matrimonij directè viciet, quod fit tum per adulterium, tum per desertionem.

VII. Sed intempestiis subtilitatibus effecerunt Papistæ de more, vt nobis hic ne liceat esse quietis. Disputarunt Tapperus artic. 18. & 19. Lindanus Panoplia lib. 4. cap. 95. Pighius de diuortiorum coniugij. Turrianus pro Epistolis decretalibus, lib. 5. c. 10. & 11. Arboreus Theosophia lib. 1. cap. 35. Alphonſus de Castro lib. 11. capite de Nuptijs, hæresi 5. Litomus de Matrimonio. Gropperus in Enchiridio Colonensi, cap. de Matrimonio. Bailius Catechismi par. 3. quæst. 15. Auratus paradoxo 55. Eckius de Sacramentis homilia 70. & 75. Crocquetius, sive Matthæus Galenus, Catechesi 213. Bellarminus de Matrimonio, cap. 15. 16. & 17. Pererius in 7. ad Romanos, disputationibus quatuor primis. Salmero tom. 5. tractat. 39. & tom. 8. tract. 48.

VIII. Contra mihi lecti tantum, Theodorus Beza libro de Polygamia & diuortijs. Chemnitius examinis Tridentini parte 2. Petrus Martyr in 7. prior. ad Corinth. Riuetus summae controveriarum tractatu tertio, quæst. 15.

IX. Quæritur, vtrum Christianis, post diuortium, permittantur nouæ nuptiæ. Negant Papistæ: & habent Tridentinum decretum Canone 7. scil. 24. *Si quis dixerit Ecclesiast errare, cum docuit & docet, iuxta Euangelicam & Apostolicam doctrinam propter adulterium alterius coniugum, matrimonii vinculum non possit dissolvi: & vtrunque vel etiam innocentem, qui causam astulit, non dedit, non posse altero coniuge viuente aliud matrimonium conuahere, mœcharique eum qui dimisso adultera aliam duxerit, & eam qua dimisso adultero alii nupserit, anathema sit.* Hæc illi concise.

X. Sed reliqui fuisse explicant. Distinguunt primo vinculum, & thorum, & cohabitationem. Vinculum que intelligunt, quo fiat vt non possit unus, nisi alterius esse, vtroque viuente: thorum, mutuam potestatem incorpore, siue ius exigendi, reddendique debiti coniugalis: cohabitationem, communem familiæ, nimirum vtmulier apud virum maneat, & ambo eiusdem familie sint, ille pater, hæc mater. Post distinguunt personas infideles, & fideles, vt aliter stuant de matrimonio cum infideli, siue vtroque, siue alterutro: aliter, de matrimonio amborum fidelium.

XI. Infidelium matrimonium, id est, contractum ante baptismum, Bellarminus disputat capite 12. solubile esse etiam quoad vinculum, id est, omnino, penitusque, & quoad thorum, & quoad cohabitationem, & quoad vinculum. Idque si alter coniugum conuertatur ad fidem, & aliter non cohabitare sine iniuria creatoris. Cui & nos consentimus, & putamus esse ex doctrina Pauli: quam tamen latius censemus proferendam: nimirum ad vnum diuortij, tum inter Ethnicos frequentissimi: vt sensus sit, liberum esse fidem, si per diuortium secedat ab eo infidelis, quamcumq; ob causam: quomodo Caesar, tantum ob suspicionem. Quin existimamus eandem rationem esse, si ambo sint Christiani: vt uno alterum deserente, deserurus sui sit iuris, si nulla spes resarcenda gratia. Quanquam longe tutius & sanctius, auctoritate magistratus coerceri persidiam deserentis. Sed neque id semper fieri potest: & nobis conscientia cura est.

XII. Sed si vtraque pars sit Christiana, tum vero dissolvi posse propter fornicationem, & apostasiam, tum thorum, tum cohabitationem. Et quidem thorum, Bellarmino autore, priuati partis offensæ motu: cohabitationera vero ex cognitione magistratus. Sed vinculum tamen manere indissoluble, si sit contractum post baptismum.

XIII. Nos contra censemus matrimonium, autore Deo, verè dissolvi propter fornicationem, & desertionem: & dissolvi penitus, adeo vt non sit alter alterius coniugis: ita licitas esse nouas nuptias. Optaremus tamen magistratus autoritate vltimo supplicio affici adulteras; quomodo inter Israelitas faciendum erat autore Deo. Censemusque magno Christianis dedecorem facile tolerari tantum crimen, quasi rem ludicram.

C A P . XIV.

Argumenta Papistarum.

I. Papistis hæc sunt fundamenta. Primum ex Marci 10. *Quicunque dimiserit uxorem suam, & duxerit aliam, mœcharatur aduersus eam.* Et si mulier dimiserit virum suum, & nupserit alteri, mœcharatur. Lucæ 16. *Quisquis dimisit uxorem suam, & alteram ducit, mœcharatur: & qui à viro dimissam ducit, mœcharatur.* Hæc verba, inquit Bellarminus, vniuerſaliter docent, nunquam dissoluit matrimonium inter fideles contractum, & consummatum, vt liceat ad alias nuptias transire.

II. Respondeo. Primo Bellarminum de suo limitationes addere: vt contrahat ad matrimonia, primo quæ inter fideles; secundo, quæ consummata. Cum tamen verbatum Marci tum Lucæ sint vniuersalia, comprehendantque matrimonia tam infidelium, quam fidelium: tam rata quam consummata. Etenim apud Marcum Christus causam repetit ab ipsa matrimonij institutione: quæ communis est cum fidelibus, tum infidelibus: cum ratis, tum consummatis.

III. Secundo, negatur vniuersaliter doceri matrimonium inter fideles consummatum nullo modo posse dissolvi, vt liceat ad alias nuptias transire. Exceptio in promptu est, Matth. 10. & 19. adulterij: & i. ad Corinthios 7. desertionis: quæ non fuerunt à bonis Theologis pro nihilo habendæ: imo ex ijs explicandum si quid hoc loco obscurum esset.

IV. Sed contra instant. Primum Bellarminus: Euangelistas omittere quidem interdum aliquid: aut addere, quod alij Euangelistæ aut omiserunt,

aut non addiderunt: sed nunquam ita, ut sententia reddatur falsa. Ratio: quia alioquin deceperint homines, quibus Euangelia sua tradidissent; nulla mentione facta aliorum Euangelistarum.

V. Respondeo, sententiam intelligi, vel genuinam, id est ipsius Euangelista: vel quaeunque, que posset ex litera inferri. Priori modo, concedo nunquam effici sententiam falsam: imo si que falsa sit, hanc nego esse vilius loci Scriptura genuinam. Sed posse ex ipsa litera, non explicata per comparationem aliorum locorum, infinita docent exempla: neque nunquam controversum fuit inter Christianos. Et ne procul abeaus, hoc ipso loco ipse aduersarius non potuit non addere exceptiones: & quidem, quod indignius, non ex alijs sumptis Euangelistis: sed unde libuit. Christi enim verba cum sint generalia, vel certe indefinita, de matrimonio, Bellarminus contraxit. Nempe quia videt falsam posse sententiam confici, sive inferri ex litera: Nullum matrimonium inter viros homines esse dissoluble: cum debeat potius, Nullum matrimonium inter fidèles consummatum est dissoluble. Omisit ergo Euangelista verba, Inter fidèles consummatum, que addenda putat Iesuita, ne sententia falsa conficiatur. Hoc si Iesuita licet, nobis interdictum erit, ex Euangelista Euangelistam interpretari?

VI. Piacet-ne alia exempla proferri? Lucas 6. Beati pauperes. At Matthæi 5. Beati pauperes spiritu. Ex Luca, quis non videt sententiam posse falsam inferri, omnes pauperes των οὐκ εἰσι μαρτυροῦσιν. At Lucas contraxit, & indicavit intelligendum non quoscunque mendicantes, sed tantum των οὐκ εἰσι μαρτυροῦσιν. Simile exemplum statim. Lucas, Beati qui nunc esuritis. At Matthæus, Beati qui esurunt & sitiunt iustitiam. Rursum Lucas 9. Et misit illos, ut prædicarent regnum Dei, & sanarent infirmos. Verè: quis enim dubitat? Sed tamen posset aliquis inde colligere, iam tum missos Apostolos ad Gentes, quia indefinita est enunciatio. Itaque supplendum ex Math. 10. In viam Gentium ne abiatis, & in ciuitatem Samaritanorum ne ingrediamini: sed ite potius ad oves perdidas domus Israel.

VII. Sed deceperint homines. Negatur consequentia. Enimvero si non deceperunt his proximis exemplis, cur alijs potius? Si non deceperunt, qui nec meminerunt matrimonij inter fidèles consummati: nec vero potuerunt iis, quibus Euangelia sua scripta tradebant, mentionem facere Bellarmini, nondum Iesuitæ, imo nondum hominis: cur necesse erit decepisse, mentione omisire reliquorum Euangelistarum?

VIII. Secundum argumentum, ex 7. ad Romanos, Quæ sub viro est mulier, vivente viro alligata est legi: si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Igitur vivente viro, vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro: si autem mortuus fuerit vir eius, liberata est à lege viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio viro. Similiter 1. ad Corinth. 7. Vxor alligata est legi, quandiu viuit vir ipsius: quod si obdormierit vir ipsius, libera est ad cui vult nubendum: tantum in Domino. Ex his colligunt, nunquam solui vinculum coniugale, nisi per mortem: & quia non soluitur, manere etiam post diuortium, quacunque de causa factum.

IX. Respondeo, à Paulo disertè nominatam γυναικα ὑπαρχον, id est, ut interpretatur Syrus, דָבְרֵי נָתָן קְרִיאַת בְּנֵי קֶרְבָּלָה, que vincta est marito suo. Atqui mulier per repudium definit esse alligata viro: contra enim dicitur διαλεγόμενος: neque Christus repudium alio verbo significauit, quam ἀπέλυεν, quod est soluere, & opponit τῷ ligare, ὁ οὐ διαλύει τὸν γυναικα αὐτῷ. Eodem sensu ad Corinthios. Quandiu viuit vir ipsius, significat, non eum qui fuerit: sed eum qui sit vir eius. At per repudium definit esse vir eius, & tantum fuisse dicitur. Quod manifestum ex 24. Deuteron. vbi prohibetur post secundum maritum, prior maritus dimissam iterum accipere, ut esset illi vxor.

X. Iustit Bellarminus. Primo ex ipsis verbis. Quid enim planius illo? Mulier vivente viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio viro. Et Mulier alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit? Et certè mirum est, quod apostolum nunquam addidisse exceptionem, si ea addenda esset, cum tam sæpe hæc repetuerit, & inculcaverit.

XI. Nihil ego quidem planius postulem in mentem Pauli, in mentem nostram. Sed mentem Bellarmini, ipse nobis multo planius expressit, solui quoad thorum, non quoad vinculum, mulierem etiam post diuortium: quibus verbis si vsus esset Paulus, nihil esset nobis reliquum quod opponeremus. Sed non vsus est, & hoc male habet Bellarminus. Enimvero, quis quenquam sperasset tam Bœotum, vt in eodem contextu membra membris, & quidem proxima non connecteret? Imo non dictum, quod Bellarminus singit, Mulier vivente viro vocabitur adultera. Sed potius, Igitur vivente viro vocabitur adultera: ex qua syntaxi manifestum, repeti debere ex præcedente periodo, non mulierem, nam hæc ita nominata non erat, sed γυναικα ὑπαρχον, mulierem obnoxiam viro. Ita que nulla opus fuit exceptione: quæ locum habet, quoties verbalius produci possunt, quam rei veritas patiatur: quod hic locum non haberet.

XII. Secundo instat, à ratione similitudinis. Voluisse Paulum probare, legem veterem obligasse usque ad Christum: sed iam non amplius. Ut id probet, vt similitudine ducta ex matrimonio. Quemadmodum vir & vxor sibi iuicem obligantur, donec alter eorum, vel eterque moriat: sic etiam tandiu homines legi subiecti, donec ipsa lex abrogetur. Hanc autem similitudinem omnino requirere, vt vir & vxor nullo diuortio aut repudio, sed sola morte liberari queant à vinculo coniugij.

XIII. Respondeo, concedid id esse Pauli consilium, sed negari, propterea vt vir & vxor nullo diuortio separantur, satis enim esse, vt mulier sit γυναικα. Res facilis. Alias necesse esset ne per infidelitatem quidem solui matrimonium: atqui hanc sane causam legitimam Bellarminus agnoscit, separandi vinculi. Et tamen Paulus non significat se loqui de matrimonio infidelium: atque adeo aequè verum de vxore, cui vir est infidelis, adulteram appellari, si cum altero viro manserit, nisi deserit esse subdita priori. Denique comparatio legitima est, sumpta à natura matrimonij: nam diuortium est contra eam.

XIV. Instat tertio, à testimonio interpretum, Ambrosij, Chrysostomi, Theophylacti, Theodoreti, Ocumenij, Primasij, Anselmi, in utrumque ilium Pauli locum.

XV. Sed antiquum obtinet, solis nominibus magnificus, rei manus. Inducit non testes, sed testium nominā, καὶ φατε ωρών: quasi, vt olim Midas, quicquid contingebat, in aurum vertebat, ita nunc ipse cuiuscunque nomen.

Tom. III.

visurabit, hunc necesse sit fieri eius fautorē. Chrysostomus, Theophylactus, Ocumenius, Primasius, nihil habent prorsus, vide constat intellectus Paulum aliter quam hos. Inducam loquentes, quos ille sibi mutos sperauit meliores.

XVI. In 7. ad Romanos Ambrosius, Sicut mulier mortuo viro liberata est à lege viri, non à lege natura: ita & hi gratia Dei liberati à lege erunt. Chrysostomus, τὸν οὐκ εἰδεῖ τὸν βανδούρον τὸ δάστητα αὐτὲ, καὶ οὐδεὶς ἔτι γράψει τὸ φύσιτερον σωμάτιον τὸ πελοθόνετον τὸ περιτερόν τοις γόνοις, οὐδὲ τὸν οὐρανὸν λαβούσαν, Legem ostendit hoc etiam velle ut a se deficias, & cum altero viro sis: neque enim prohibet, inquit, quomodo cum altero viro coniungatur, mortuo priore. Quidam? cum potius permittat eodem viente, eam qua libellum repudiū accepere? Theophylactus. Viro enim, inquit, mortuo mulieri facultas est alteri se viro coniungere. Et post, Mulierem inducit, sub cuius persona Iudeos ipsos expressit, ut quemadmodum illa viro hac vita functo libertatem adeptā est: sic & Iudei legē cessante, legis sunt potestate extēpti. Ocumenius, εἰ τὸ διάτιον μητρὸς τὸν γένεσιν τὸν πόνον διατίσειν, διὰ τὸν γένεσιν τὸν πόνον διατίσειν. In similitudine viduitatis legem supponit morientem in illatione. Primasius. Quandiu viuit vir, tandem ei secundum eius necesse est viuire voluntatem: si autem dormierit vir, & mulier alij fuerit innata viro, iam non ei secundum prioris viri consuetudinem viuendum. Theodoretus, Adulteram inquit, vocat lex, non eam qua posse mortem coniugis alij coniungitur, sed eam qua coniuge superfite cum alio copulatur: eam enim, ut qua legem matrimonij iniuria afficiebat, puniri iubet. Clarum est ergo, quod postquam vir vitam finierit, ex lege, & non contra legem facit vidua, que alij impserit. Et sciebat quidem diuinus Apostolus, quod lex viventibus quoque separandi matrimonij facultatem deicerit, quando id non gratum esset: sed dominicum preceptum exaudiit, quod dicit Mosem hanc legem dedisse ad cordis Iudeorum duritiam: sed lege naturæ hec non ita habuisse. Anselmus, Quod Apostolus per simile probat. Nam mulier, que est sub viro, vivente viro alligata est legi viri, ut non possit ab eo discedere. Sed si vir eius fuerit mortuus, soluta est à lege viri: sic etiam, quandiu lex statum habuit, debet seruari: sed si lex statum amittit, soluitur homo ab ea.

XVII. In priorem ad Corinthios, Ambrosius, Vxor vincta est lege, quandiu viuit vir eius. Hoc idcirco prosequitur, ut doceat, quia mulier, etiam si à viro fuerit eicta, nubendi licentiam non habet. Chrysostomus nihil hic notat. Theophylactus. Legi itaque alligata est mulier, id est legi obstringitur, qua de adulteriis ipsi cauerit, ne adultera fiat, si viro superfite alteri copuletur, quo mortuo priori vinculo liberatur: & lege, in domino tamen, & solo, si nubat, libertatem assequitur. Theodoretus nihil. Ocumenius. Νόμῳ λέγεται τὸ τοῦ ποικόλου, φατε ωρών τὸ μη συμπληκτοῦ ἐπεγγένετο. Lege dicit, de mæbris quia detinebatur, ne copularetur alteri. Primasius, Libera facta à vinculo coniugali secundum legem.

XVIII. Haec tenus illi. Iubeo obseruare primo horum neminem distinguere coniugia fidelium à coniugij infidelium: aut thorum a vinculo: aut ratum à conluminato. Secundo, neminem loqui de coniugib⁹ per legitimum diuortium separatis: sed tantum de non separandis. Tertio, pleroque eorum intelligere legem, qua teneatur mulier, de lege adulterij: qua nulla erat in eam quæ dimisla erat. Hæc omnia cum ita se habeant, efficitur haec testimonia aduersum nos nulla esse.

XIX. Unicus Anselmus in 2. ad Corinth, ita scripsit, Nec potest à lege virt⁹ solui, vt alteri nubat, dum ille vixerit. Hæc namque alligatio non soluitur, etiam si per repudium adultera coniuncta, a casto coniuge separatur: nec habet licentiam, vt alteri nubat, quandiu sine castis suis mæbris vir eius viuit. Sed Anselmus vixit iam corruptis seculis, & postremis. Tum autem neque ostendit, imo ne dixit quidem, id erui ex verbis Apostoli: tantum de suo attexit, quod à suo seculo habuit.

XX. Instat quarto aduersus solutionem nostram: Mulierem, quæ sub viro est, γυναικα ὑπαρχον, simpliciter coniugatam significare: quod nomen non minus conueniat mulieri post diuortium, quam ante diuortium, si diuortium non soluit vinculum. Non solui probatum ex conclusione Apostoli, Igitur vivente viro, vocabitur adultera: non enim dictum, dum est sub viro, vel dum non repudiatur: sed dum vir eius viuit: tum ex 7. 1. ad Corinth, vbi generatim Paulus, Mulier, inquit, alligata est legi, quanto tempore vir eius viuit.

XI. Recte, γυναικα, simpliciter coniugatam significat: sed simpliciter coniugatam, non cam significat, quæ olim nupsit: sed eam, cuius nuptiæ constant: nam cuius nuptiæ dissolutæ sunt, sive morte, sive repudio, dicitur vidua: nunquam γυναικα. Itaque falsum sumit, id nominis æquæ conuenire mulieri post diuortium. Nec leuius allucinatur Iustinianus, verrēs, quæ sive apte natura viro subesse debet: quasi (vt annotat) simpliciter significaret mulierem conditionem, qua, frœmina, suapte naturæ apta est subesse, ac parere viro. Cum tamen Glossarium vetus diserte habeat, γυναικα: Maritalis Es Sa, Sub viro, id est, Nupta. Sed probationes Bellatmini nihil habent præter puerilem principij petitionem, vt patet ex precedentibus.

XII. Tertium argumentum, ex 7. 1. ad Corinth. His, qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, vxorem à vero non discedere: quod si discesserit, manere innuptam, aut viro suo reconciliari. Hinc necesse argumentū indubitate. Nam hæc mulier discessit, vel ex iusta causa, vel sine causa. Non hoc, non enim diceret de ea Paulus maneat innupta, aut viro reconciliatur: sed diceret: maneat innupta, donec reconciliatur, & omnino ad virum suum redeat, non enim poterat permittere in iustum diuortium. Tum si non permittat coniuges secubare, nisi ad tempus, & ex consensu: quomodo permetteret vxorem, in iusto marito, sine causa separari: Loquitur ergo de diuortio ibi iustam causam. At sic diuertentem, negat alteri posse nubere. Ergo etiam iustum diuortium non tollit vinculum coniugij.

XIII. Respondeo: primum ab ipsis verbis firmissimum esse argumentum, solui per diuortium etiam vinculum matrimonij. Ratio manifesta: quia quæ separata est, iubetur manere γυναικα. Atqui nulla γυναικα dicitur, quæ virum habeat. Itaque paulo ante, Dico autem τοῖς ἀγαπητοῖς, μὴ οὔπις & viduis: bonum est illis si permanescant, sicut & ego. Quod si non se continent γυναικα ταῦτα, matrimonium contrahant. Nota primo, τοὺς ἀγαπητούς, vult manere sicut seipsum: at ipse neque toro, neque vinculo erat coniugatus: Ergo γυναικα, neque toro, neque vinculo sunt coniugati. Deinde vult τοὺς ἀγαπητούς, matrimonium contrahere: at nemo aut toro, aut vinculo coniugatus,

pot. 8

1 otest matrimonium contrahere, ipsis contendentibus Papistis: Ergo *αγαπεις*
neque toro, neque vinculo sunt coniugati.

XXIV. In arguento, concedo non loqui Paulum de ijs qui discesserunt ex legitima causa, Chrysostomus, ~~in eis~~ ~~in~~ ~~quod~~ διέγραψεν, καὶ διάκατος φάσει, ὃ μηκεῖ ψυχής τοῦ εἰδότος διαρροής σωματίου, βέβαιος μὲν μηδὲ γνωστὸς αὐτὸς φύσιν, εἰς ἀρχὴν πλούτον, οὐδέποτε ηγενόμενος τοῦτον μηδέποτε, εἰς τὸν τοῦ μηκέτερον μηδέποτε παρεπαγμένον δρόγον: Nam quoniam ἐπὶ propter continentiam, ἐπὶ propter alias occasiones, ἐπὶ pusilli animi scrupulos contingebat fieri diuisiones, melius quidem inquit, erat omnino non fieri: sed si factum sit, maneat uxer cum marito, et si non concubitu, et tamen quod nullum alium virum adducat. Occumenius, γυναικα μὴ ἀφίεται εἰ μητέ λόγος τοποτες. τὸν τοῦ Φεβρουαρίου: Vxorem non dimittito, excepta causā scortationis: sic enim est lex Christi. Vterque autem agnoscat Paulum agere de lege Christi, quae prohibet diuortium, excepta fornicationis causa: Νέουον τοτε τὸν Φεβρουαρίου μηδὲν αἴρειν, τετρακοσίας πορειας μη ἀφίεται γυναικα: Legem disserit verbis à Christo latam it lectum, de uxore non dimittenda, excepta fornicatione.

XXV. Ad argumentum Bellatmini respondeo, Paulum agere de ea quæ maritum dimiserit, absque legitima causa, id est, fornicatione. Neque ille contrarium probat. Cur enim non potuerit de ea dici, aut viro reconcilietur, aut maneat innupta? Dixisset potius, maneat innupta, donec reconcilietur. Quasi hoc illi sit contrarium. Aut Paulus intelligat eam sic manere, etiam si reconcilietur. Ego non dubito voluisse dictum, omnino dandam operam reconciliationi: ideoque abstinentiam ab alteris nuptijs: nam haec prorsus omnem spem tollerent reconciliationis: ideoque redditus. Scio, non permisisse coniuges secubare, nisi ad tempus: sed nego hic permittere separari vxorem sine causa: nam contra disertum, *Vxor à viro ne discedit;* sed, si quando fiat, *discedit utrūque;* ut loquitur est Chrysostomus, tum iubet cogitare de reconciliatione; & interea non transire ad nouas nuptias.

XXVI. Quartum argumentum Croquetii est: Si quis ligaminis huius robur æternum demonstrari sibi cupiat, audiat Mosen in ipsa naturæ institutione hinc in modum scribentem: *Propter quod relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori sua.* Adhærebit Latine, non exprimit, quod est in Hebreo fonte, **בְּרֵבָד** Graece **ταπεινωθησεται**, quod significat ita agglutinari, ut non appareat commissura, sed quid unum videatur. Ergo Moles tantam coniugum coniunctionem demonstrat, ut posteaquam sunt facti una caro, nulla ratione sciungi possint.

X X V I I. Respondeo: primo, manifestam esse consequentis falsitatem: nam ne ipsi quidem Papistæ volunt nulla ratione sciungi posse coniugatos. Nam primo concedunt sciungi quoad thorum, & conuerstationem. Quæ iam aliqua ratio est separandi, opposita ~~in~~: quia sic aliqua saltem apparer commissura. Deinde concedunt prorsus solui posse coniugium inter infideles: & tamen Moses loquitur de matrimonio in institutione naturæ, inquit ipse Croquetius: ideoque etiam infidelium. Denique concedunt prorsus solui per mortem.

XXVIII. Sed in ipso antecedente, misera est Grammaticatio. Ruth secundo, iubetur Ruth addere se comitem ancillis Boasi metentibus: siccine putas, ut nulla commissura appareret? ut nunquam separari posset? Et tamen Hebraicè: תְּדַבֵּקְנָה עִם־גָּדֹתִים *καὶ τὸν κορεστὸν μον.* Latinè *Iungere pueris metu.* Et iterum paulo post, יְמַחֲדִיד אֶשְׁר־לִי *עַם־חֲנֻדרִים אֶשְׁר־לִי* תְּדַבֵּקְנָה *μετὰ τὸν κορεστὸν τὸν μῶν απόγονον ἡμῖν, ut tandem messoribus eius iungerer.*

X X I X . Quintum argumentum Bellarmini . Matrimonium fidelium signum est coniunctionis Christi cum Ecclesia , ad Ephes . 5 . At haec unio indisolubilis est : igitur & vinculum coniugij .

XXX. Respondeo: primo in antecedente manifesta calumnia est. Cur enim matrimonium fidelium dicit? Et non potius matrimonium? Non enim fidelium matrimonium solum: sed quoru[m]cunque hominum matrimonium significat coniunctionem Christi cum Ecclesia, & appetet ex Paulo ipso, qui rationem similitudinis deducit ab ipsa institutione matrimonij naturali, *Derelinquet homo patrem suum, ac matrem, & agglutinabitur uxori sua: & qui duo erant, sicut una caro.* Mysterium hoc magnum est: logor enim de Christo & Ecclesia. Ambrosius, *Mysterij Sacramentum grande in unitate viri ac foeminae esse significat.* Occumienus, *τὸν μήτραν τὸ Χριστὸν εἰς μέρεα τῆς ιδεῶς διέγει, ἐπειδὴ πάντες εἰσὶ τὰ τελεοῦσαν τὴν σύνταξιν τοῦ Ιησοῦ οὐδὲν εἰσὶν οὐδὲν.* Quomodo magnum? Quia cum posset Christus manere in propria gloria, deiecit se, ut agglutinaretur Ecclesia: ut fierent qui duo erant, in unum spiritum. Iustinianus, *Sensus igitur est: hoc, quod modo ex libro Genesios commemoravi, præterquam quod veram historiam continet, mysticam habet significationem, & sensum quandam propheticum, estque velut typus, aut allegoria coniunctionis Christi, cum Ecclesia.*

XXXI. Secundo , negatur consequentia: nempe , si significet indissolu-
bilem unionem : ergo debere eius vinculum esse indissolubile : Appa-
ret absurditas , multis modis. Nam primo : quia ea significatio mysterij
communis est , ut diximus , matrimonio etiam infidelium : ergo oporteret hoc
esse omnino indissolubile : quod Papistæ negant. Secundo , etiam fidelium
matrimonium soluitur per mortem : itaque non est absolutè insolubile : at
Christi coniunctio cum Ecclesia , nullo modo soluitur. Tertio : Christi con-
iunctio cum Ecclesia , eo significatur , quo vir & vxor sunt vnum in carne una:
at ipse Bellarminus agnoscit vnum esse in carne una per carnalem copulam ,
qua pertinet ad thorum. Ergo oporteret solutionem thori nullam esse : quod
Sophistæ tamen nolunt.

XXXII. Argumentum sextum: Si licitum esset aliud matrimonium, iniuria afficeretur proles: nam filijs iam natis male consuleretur, qui pro patre vitricum, pro matre nowercam habere inciperent. Ethicè est ratio Ambrosij in caput 16. Lucæ.

XXXIII. Respondeo, nihil inde sequi. Alioquin sequeretur, ne mortua quidem vxore, licitas esse secundas nuptias : noa etiam sic inducitur filijs, vel pro parte vitricus: vel pro matre nouerca. Similis ratio matrimonij cum infideli. Quod si non est absurdum, repudiata vxore propter infidelitatem, liberis nouercam inducere : Ergo haec ratio non potest nuptijs post repudiū obstat. Neque sane verum, Ambrosium esse ysum hac ratione: neque enim

ille disputat, non licere post repudium alteram ducere: sed dissuadet potius repudium, *Noli*, inquit, *uxorem dimictere*. Prima ratio, *Ne Deum tua copula diffitearis autorem*. Secunda. *Si alienos, multo magis uxorios debes tolerare & emendare mores*. Tertia. *Qui dimittit uxorem, facit eam machari*. Quarta, *a crudelitate in uxorem, Quo cum parvulis fratre dimittitur? quo titubanti vestigio grandauerit dimittitur?* Quinta, *a crudelitate in liberos, Pateris-ne, oro, liberos tuos, vivente te, esse sub vitrico? aut incolumi matre esse sub nouerca?* Ita disputat Ambrosius: & eo ipso ostendit moris fuisse, ut post diuortium transliteretur ad nouas nuptias. Mitto iam loqui de repudio illegitimo, *Dimitis uxore quae sine criminе, & putas id tibi licere.*

XXXIV. Argumentum sextum. Si esset licitum eiusmodi coniugium, viuente altero coniuge, aperiretur aditus infinitis repudijs etiam iniultis. Nūc enim, quia sciunt fidèles, debere se aut cœlibes vivere, aut priori coniugi reconciliari, non facile ad diuortium adducuntur: at si scirent, mox repudiata vxore, posse aliam duci, facillimè diuertia fierent, & quærerent occasiones aliquando dissidiorum & criminum.

XXXV. Respondeo, nullam legem esse, cui non possint opponi incommoda. Et ne illam quidem suis carere, quæ prohibet aut diuortia, aut post diuortium nouas nuptias. Hieronymus in Matth. 19. *Moyses cum videret propter desiderium secundarum coniugum, primas uxores interfici, aut malam vitam ducere, maluit indulgere discordiam, quam odia & homicidia perseverare.* Itaque solent legislatores considerare, ab utra parte maiora sine pluraute incommoda: cum obtineri non possit, ut ab alterutra nullum sit. Iam vero permissione nuptiarum post diuortium, negare non possumus, plerosque posse abutii. Sed negamus tanta illa esse incommoda, quanta ex inhibitis: quia cædes vxorum longe durior est repudio. Nemo autem non videt, quo ferri solet impatientia.

XXXVI. Sed hoc erat in primis considerandum: posse in suo corio ludere humanum ingenium & leges suas mutare, coercere, antiquare, prout commodas videt vel incommodas. Sed leges Dei non ita esse: nec mutari pro libidine hominum utentium abutentium ve. Nouit Dominus & tueri eos, qui iustè viuunt, & de illis poenas sumere, qui lege sancta abutuntur in occasione peccati. Sic, cym discipuli responfarent, *Non expedit uxorem ducere, quod argumentum erat ab incommodis ex prohibitione diuortij, tamen non mutat sententiam Christus.*

XXXVII. Argumentum septimum: Si post diuortium licet part innocenti aliud matrimonium inire, vel idem nocentiliceret, vel non licet. Si licet, ergo commodum ex peccato reportaretur; & saepe viri dedita opera committerent adulterium. Si non licet: quare cum soluta sit.

mitterent adulterium. Si non licet: quare cum iusta sit.
XXXVIII. Respondeo, licere etiam nocenti: quia sit libera. Ergo, inquit, illa ex peccato percipiet commodum. A bsurde. Nisi tu mihi genus hominum nescio quod, ~~τοπίων τον έχον της αριθμόν τον~~, & quos nulla moueat iusta ignominia: nulla conscientia temperet. Quod si ponas, quorsum matrimonia? Nam, si qui erunt huiusmodi, profecto ludos facient, fornicationem, adulteria: & quæcumque scelera nominari possunt. Quorsum distinctio tori & vinculi? Ne hanc illi tantum curabunt, quantum, aut numerum lupus, aut torrentia flumina ripas. Releganto igitur Papistæ solutionem non tantum vinculi, sed etiam tori in Mori fui Rempublicam, quando semel statuerunt leges diuinæ iis accommodare, quibus neque humanum quicquam cordi, neque adeo diuinum timori.

XXXIX. Octauum est apud Salmeronem: Si per fornicationem alterius solueretur coniugium, non licet parti innocentie consuetudinem habere cum fornicante coniuge, etiam paenitente & ad bonam frugem conuerso: quia non esset amplius vius coniugij iam soluti, sed fornicatio, & non super esset locus reconciliationi, sed noua incunda essent coniugia. Quae omnia falsa sunt & absurdia.

XL. Respondeo: Consuetudinem intelligendam, vel durante, vel cessante diuortio. Si prius, conceditur consequentia: sed negatur in consequente esse quicquam absurdum: imo contra, absurdissimum, dicere separatos, qui tamen consuetudinem inter se habeant. Sin autem cessans diuortium intelligatur, consequentia est absurdum. Sed aiunt non fore locum reconciliacionis. Distinguo, vel antequam nouæ nuptiæ sint contractæ, vel postea. Si hoc, negatur villa eis absurditas: quia non potest eadem vxor duorum esse: aut viridem duarum. Sin illud, negatur consequentia. Sed, aiunt, reconciliatio nouæ essent incunda coniugia. Primo, quid hic absurdum si poneretur? Deinde, cur necesse? Quasi non idem, quod solutum est, possit novo consensu reuocari. Sic enim loquitur Iustinianus Nouella 132. Τὸν βουλούμενόν τοι γέμειναι αἰανάλεσσας. Apud Diodorum Siculum legas lib. 12. πάλιν οὐ μετοιδοτοῦ διορθώσεως νυστί ei quem dimiserat.

XLI. Nonum, apud eundem. Illud verum non esset, quod Deus coniunxit, homo non separat: separaret enim adulter, vel adultera, vel dæmon, ad fornicationem inducens.

XLII. Respondeo, falsum sumi. Quia Christus, ijs verbis non significat, separari non posse coniugium: sed non esse separandum: itaque, siue adulter separaret, siue Diabolus, tamen verum, non debere separari, siue ab homine, siue à Diabolo, & eius causam esse, quia Deus coniunxerit. Et verè, si quæ absurditas est, cur torquent in nos tantum, & non in scipios Papistæ? Nam primo, non fideles tantum, sed etiam infideles Deus coniungit, qui coniugij autor est. Et tamen permittunt Papistæ separationem infidelium certis calibus. Deinde, coniungit Deus non tantum vinculum, sed etiam thorbum: & tamen separationem thorii concessam iidem volunt. Aut sua recantent, aut

XLIII. Decimum eiusdem. Incommoda estet hæc dissolutio liberis iam suscepitis, qui non possent conuenienter educari, vel institui: quod maxime repugnat, non solum rationi, sed etiam fini coniugij.

XLIV. Respondeo, non sequi, si sit incommodaliberis, ergo non esse licitam. Neque enim nullum incommodum est licitum. Alioquin, cur non dicamus: Si retineatur vinculum, viro erit incommodum? Nam & hoc aduersatur rationi, naturæque coniugij. Præterea, idem incommodum sequitur ex separationethori, & cohabitationis, potius quam vinculi. Itaque separatio thori esset inhibenda. Tertio, negatur sequi: Nihil enim obstat, quoniam vir ei rei prouideat.

XLV. Undecimum ab eodem. Cum omnes prout simus ad licentiam, nullus probus dicitur hac licentia usus, ut propter fornicationem uxoris, ea felicta, aliam sumpserit.

XLVI. Respondeo, ne olim quidem & sub Lege Mosis, vllū dari exemplum vlliū repudij; & tamen certum esse, licuisse dare libellū repudij. Quare argumentum nullum est. Nimirum, necesse non fuit historiam Ecclesiæ occupari in recensendis singulariū familiarū accidentibus, sed conscientiis piorum consulere, quod factum est per leges.

C A P. X V.

De Patrum autoritatibus, quas habent Papistæ.

Verrunt se nunc ad Patres, quos Bellarminus recenset per secula, ad vsu que Tridentinum Concilium, maiori pompa, quam vsu: Omnes enim elingues, quod ei tum familiarissimum, cum maxime nominibus abutitur. Non est necesse omnes percurrere, imo post seculum sextum, quicunq; erunt, iis utatur fruatur sane pro arbitrio: non enim mouebunt quemquam sanum, itaque non inuidemus.

II. Sex porro primis seculis fateor nonnullos habere suos, sed addo admodum paucos, Cöcilium Elibertinum, Augustinum, Hieronymum. Quibus id videtur placuisse, vt ne post legitimum diuortium liceat nouas nuptias facere. A reliquis nihil est admodum quod timeamus. Distinguo in duos ordines, vt ne soluendo saepius idem repetere sit necesse.

III. Priori loco suu, Canon Apostolicus 48. *Si quis laicus sua electa uxore aliam acceperit, vel ab alio solutam segregetur.* Justinus Apologia 2. *εἰ μὲν πατέραν ἀδέσποτον αὐτὸν εἴ τις αὐθόρα, μεταχωρεῖ.* Qui repudiatam a viro altero dicit, *μαχαθεῖται.* Athenagoras pro Christianis. *εἰ γὰρ αὐτὸν οὐτισμόν, φίσητε γοναῖκα αὐτῶν, καὶ γαμήσητε ἄλλην, μεταχωρεῖτε τὴν διατάξιν ιδιαίτερην ηὔτε αὐτὴν παρεγένεσαν, ηὔτε μητραὶ.* Qui enim uxorem suam dimiserit, & duxerit alteram, adulteratur, inquit, neque illam dimittere concedens cui delibata est pudicitia, neque alteram ducere. Origenes in Matthæum tractat. 7. Scio quosdam qui præsumunt Ecclesiūs, extra Scripturam permisisse aliquam nubere viro priori viuente, & contra Scripturam quidem fecerunt dicentem, *Mulier ligata est, quanto tempore viuit vir eius.* Item, viuente viro adultera vocabitur, si facta fuerit alteri viro. Concilium Milevitum canon. 17. *Placuit ut secundum Euangeli-
cam & Apostolicam discessinam, neque dimissus ab uxore, neque dimissa a marito, alteri coniungantur, sed ita maneant, aut sibi metu reconcilientur, qui Ca-
non totidem verbis reperitur in Concilio Africano Canone 69. Innocentius primus Epist. 3. que ad Exuperium cap. 6. *De his etiam requisuit dilectionis tua,
qui interueniente repudio, alijs se matrimonio copularunt, quos in utraque parte
adulteros esse manifestum est.* Qui vero vel uxore viuente, quamvis dissociatum
videatur esse coniugium, ad aliam copulam festinarunt, neque possunt adulteri
non videri, in tantum ut etiam ha persona, quibus tales coniuncti sunt, etiam ipsa
adulterium commisisse videantur.*

IV. Quid habent haec contra nos virium? Nempe ambiguitatem captantes Sophistæ, infirmioribus negotium facessunt. Nam, qui paulo firmiores erunt, cum meminerint, Matthæum addidisse exceptionem fornicationis, & tamen Marcum & Lucam, quasi absolute esse loquutum, non mouebuntur his indefinitis Patrum sententiis. Et vero Balsamon haud aliter explicat Canonem illum Apostolicum, *Qui suam uxorem præter rationem eicit, aliam accipere non potest, vel potius etiam segregabitur: & qui liberam non accepit, se solutam, (est autem soluta, qua non ex lege a suo marito est separata) ut adulterio condemnatur, conuenienter ei quod dixit Dominus, & qui solutam duxerit, mœchatur.* Et post, *Antiquitus quoque non siebat libere diuorium, nisi cum cognitio ne iudicis. Qui eam ergo uxorem auctis, qua non sic dimissa est, adulterauit.* Breuiter: Loquuntur omnes prolatæ autoritates de repudio illegitimo, quod erat in usu tum apud Iudeos, rum inter gentes, ex quibuscunque causis. Sed, inde nullum fieri potest præiudicium exceptæ scotiationi, quæ quidem exceptio, si esset à nobis, merito irrisa exploderetur, sed est ab ipso Domino, quis contradicat? Papistæ quidem: at non Catholicæ.

V. Transe ad alterum ordinem. Tertullianus quarto contra Marcionem cap. 34. obiciunt Marcioni, inquit Bellarminus, Christum contrarium esse Moysi, quia prohibuit diuortium, quod ille concederat, respondet his verbis, *Dico illum conditionaliter nunc fecisse diuortij prohibitionem, si ideo quis dimittat uxorem, ut aliam ducat*: ubi docet Christum non prohibuisse diuortium, si causa iusta adsit, sed prohibuisse alterum coniugium, post diuortium. Clemens Alexandrinus, lib. 2. Stromat. extremo, *Adulterium existimat Scriptura, coniungi matrimonio, viuo altero ex separatis*, & paulo ante dixerat non fieri posse separationem, nisi ob fornicationem. Ambrosius in Luc. 16. multa scribit contra eos, qui vxore dimissa aliam ducunt, & passim adulterium vocat id coniugium, neque in tota illa disputatione unquam excipit causam fornicationis. S. Ioannes Chrysostomus, homil. 17. in Matthaeum, enarrans cap. 5. idem docet. Primasius in commentario cap. 7. prior. ad Corinth. in illud, *Si discesserit, manere innuptam*, idem habet. Isidorus idem docet lib. 2. de officiis cap. 19.

VI. Hos quinque separatim necesse fuit examinari: quorum nullus est, qui pro nobis sententiam non dicat, & in quo non vafre mentiatur Bellarminus. Initium esto à Clemente, cuius recito locum. Γαμεῖν ἡ γένεσις συμβάλλεται, εἰδούσης της οὐκείνες ἐπιτέλει, ἀποκελευθερωθεῖται, αὐτὸν διατάσσεται γυναικα, τοῦτο οὐκ εἰπεί λόγῳ πορνείας μοιχείας ἢ οὐκ εἰπεί γυναικα ζωντος γατίου τοῦ κεχειροποιητού. Coniugium inire Scriptura consulit, neque unquam à coniugio discedere permittit, contra legem tulit: Non dimittes uxorem, nisi causa fornicationis: Scortationem autem censet, super inducere matrimonium viuo altero separato rum. Hæc ille: Bellarminus interpretatur, quasi sensus sit, non licere uxorem dimittere, nisi propter fornicationem, sed interdictū matrimonium iis qui sic separantur ob fornicationem. At qui nos longe aliter: Non licere uxorem dimittere nisi propter fornicationem, & qui alter separati sint, iis non permitti nouas nuptias, nimis subauditis ex præcedenti sententia, εἰδούσης της οὐκείνες πορνείας, de quo genere repetitionis dicendum erit capite proximo.

VII. Tertullianus minus habet ambigui , vt non frustra noluerit integrum locum Sophista descriptum : *Dico illum conditionaliter nunc fecisse diuinitutis prohibitionem, si ideo quis dimittat uxorem, ut aliam ducat. Qui dimis-.*

*rit, inquit, uxorem, & aliam dixerit, adulterium commisit, & qui à marito dimissum duxerit, aque adulter est, ex eadem utique causa qua non licet dimitti, ut alia ducatur. Illicite enim dimissam pro indimissa ducens, adulter est. Manet enim matrimonium, quod non rite diremptum est, manente matrimonio nubere, adulterium est. Oblatio primum: Non prohibitum diuortium, nisi conditionaliter, si ideo ut alia ducatur vxor. Satis perspicue dictum. Non esse legitimam causam diuortij, amorem alterius mulieris. At Bellarminus sic interpretatur, quasi dictum, si diuortij causa sit adulterium, tum non licet aliam vxorem ducere. Vafre. Atqui repetitio vaftriciam detegit, qui à marito dimissam duxerit, aque adulter est, ex eadem utique causa, qua non licet dimitti, ut alia ducatur. Manifesta limitatio. Noluit simpliciter dictum, qui à marito dimissam duxerit, aque adulter est, veritus scilicet, nolutus aequo produceatur, contraxit ergo, interpretatus dimissam, videlicet eadem causa, qua non licet dimitti, ut alia ducatur. Quis tam expers est communis sensus, ut non intelligat licere dimissam à marito ducere, si dimissa sit ob aliam aliquam causam? Secundo, hæc disceptior, illicite dimissam pro indimissa ducens, adulter est. Nota: Non dixit, dimissam pro indimissa ducens, adulter est, quomodo omnino oportuit ad mentem Jesuiticam, quæ, neque licite, neque illicite dimissam vult duci, sed illicite dimissam. Tertio, manet matrimonium, quod non rite diremptum est. Ergo ex mente Tertulliani, matrimonium rite diremptum non manet: contra mentem Jesuiticam, quæ manere vult, quounque modo dirimatur. Denique illud Bellarmini, sed prohibuisse alterum coniugum post diuortium, unde est? Nimurum à Bellarmino: A Tertulliano ne per somnium? Veriòt Pamelius annotat. 537. *Quidam putans errorem esse in Tertulliano, quod hic dicat Christum conditionaliter fecisse diucrij prohibitionem, sed, salvo meliori iudicio, non tam in illo videtur errare, quam in eo quod infra sequitur, ubi videtur velle diuortium ex causa adulterij ita licere, ut possit vir alteram uxorem ducere.* Tertullianum mentem perspicie iste melius, sed Papistice improbavit. Sixtus Senensis, Bibliotheca lib. c. annotat. 81. Tertullianum numerat inter eos, qui certa & indubitate assertione, utriusque repudij, (nempe tori & vinculi) licentiam probauerunt.*

VIII. Ambrosius, multa scribit contra eos qui vxore dimissa, aliam ducent. Jesuitice. Nos iam diximus Ambrosium dehortari à diuortio, tum alias argumentum, tum ab incommodo secundarum nuptiarum. Est autem longe aliud dehortari à diuortio, quam post diuortium inhibere nouas nuptias. Sed & illud eludi non potest, *Dimitis uxorem, quasi iure sine criminis, & putas id tibi licere, quia lex humana non prohibet. Sed diuina prohibet.* Nam certe lex diuina prohibet dimitti sine criminis, non prohibet dimitti criminosa. Not agitigit Ambrosius de diuortio propter adulterium, quod non humana lex tantum prohibet, sed etiam diuina, sed loquitur de diuortio, propter aliam causam, quam lex humana permittit, diuina prohibet. Itaque nihil aduersum nos Ambrosius.

X. Nunc exceptio est, s' tauri ḥ μό.οι, οὐδὲν εἰτέρα τοπική δος επιλέγεται τὸν πόμπην. καὶ γὰρ τὸ τέλος τοῦ θεοῦ αὐτοῖς, οὐτοὶ προσέλθοντες λόγου πορεύεται. Νέος δὲ hoc tantum sed & alio modo, leuem hanc legem facit ac facilem, siquidem reliquit viro unum expulsionis modum, dicendo, excepta causa fornicationis. Leuem facit legem: quam quæso? Diuortij? quo sensu? Imo prohibiti diuortij, εἰ γὰρ εἰδέσθω τὴν πολεοῦσαν συγκοινωνίαν κατέχειν τὸν τοιούτον πορεύεται τοιούτον. Si enim iussisset etiam pluribus mistam, retinerit etiam δὲ viro coniugem, rursus in adulterij licentiam negotium omne contortisset. Ergo lex illa leuis redditur, quæ iubebat τὴν γυναῖκα τοπικήν δοσίν, id est, non repudiari. Quare Chrylostomi consilinum est, non dimitti debere vxorem sine crimine adulterij, quæ autem fuerit dimissa, manere coniugem. Sed post legitimum diuortium manere coniugium nusquam dixit.

XI. Primasius, *Vxorem à viro non discedere*. Si quis dimiserit uxorem, excepta causa fornicationis, facit eam mœchari. Quod si discesserit, manere innuptam, non ita discedere ut alij nubat, si ob aliquam causam discesserit, alij non nubat. Viden' additam fornicationis exceptionem, & quidem nō cogente Apostolo, qui eius nō meminit. Credidit ergo Primasius, virum, si dimittat uxorem propter fornicationem, non efficere eam mœchari. Cut ergo producent Papistæ & dicunt, si dimiserit etiam propter fornicationem, facere eam mœchari? Itaque illa si ob aliquam causam discesserit, alij non nubat, ex præcedentib. sunt interpretanda, ut aliqua causa intelligatur alia præter adulterium.

XII. *Ifidorus, Apostolus, præcipio, inquit, non ego, sed Dominus uxorem à viro non discedere. Prohibes enim dimitti quicunque ex causa, ne elis coniungatur secundum consuetudinem Iudeorum, quam Dominus interdixit, dicens. Quicunque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa ab aliena*

uxerit, mœchatur. Solum, ut ait Hieronymus, adulterium est, quod uxoris vin-
cat affectum, imo cum illa unam carnem in aliam disiserit & se fornicatione se-
parauerit, a marito non debet teneri. Similis præcedentibus. Explicat enim
Paulum ex verbis Christi, addens exceptionem adulterij, tum autem dicit,
prohibere dimitti ne aliis coniungatur, non vero coniungi, si dimissa fuerit.
Denique prohibere dimitti secundum consuetudinem Judæorum. At hi non
dimittebant propter adulterium, sed morte puniebant, dimittebant igitur
propter alias causas, & hoc Paulum prohibere censuit Isidorus.

C A P. XVI.

Matthæi XIX. nuptias post diuortium non inhiberi.

I **Q**ui frustra fuerunt disputando, audiant nunc Catholicos, ab ipso Christo doctos, à cuius autoritate argumentum vnum omnium instar.
Match. 5. *Dicitum est autem: Quisquis dimiserit uxorem suam, det ei libellum discessionei. Ego vero dico vobis, eum, qui dimiserit uxorem suam, extra rationem scortationis, facere, ut ea mœchetur, & eum, qui dimissam duxerit, mœchari.*
Rursus 19. *Dico autem vobis, quicunque dimiserit uxorem suam, nisi obscrationem, & aliam duxerit, eum mœchari, & qui dimissam duxerit, mœchari.*
Manifesta res est. Nam si quis vxorem dimittit extra causam fornicationis, efficit, ut ea mœchetur; ergo, qui vxorem dimittit causa fornicationis, non efficit ut mœchetur. Et si qui vxorem dimiserit, nisi propter fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur, ergo qui vxorem dimiserit propter fornicationem, & aliam duxerit, non fornicatur. Jansenius Harmonia cap. 96. *Dominus hic loquitur de eas separatione, qua tollit vinculum coniugale, quas scilicet fit, ut ut non sit mulier alligata legi viri, sed viuente viro sine crimine adulterij alteri possit coniungi.* Vnde fit argumentum fortius, aut certe clarius, quia negari non potest, id genus separationis licere propter fornicationem, ideoque separatos per fornicationem posse nouas nuptias contrahere.

paratus per formicationem pone nouas nuptias continere.

II. Huius vim argumenti si quis forte non habet bene cognitam , Papi-
stas mihi videat , si vñquam alias , nunc mire torquere scipios , veitere se in o-
mnes formas , nullum lapidem non mouere , omnia dñiq; dicere , vt ne vnum
dicant , quod vnum tamen debabant dicere , si quid sani vellent dicere . Ipse
ego tot controtteriarum labore iam bene exercitus , tot sophismatum nugis
affuetus , tot prateruectus insignis audaciae experimenta , non potui admir-
ationem continere . Omnino , si quis ignorauit haec tenus , quid sit ~~spicula~~ , ~~spicula~~
~~spicula~~ , hinc licet cognoscere . Distinguam audaciae partes duas : nam illi ,
primo volunt hic à Christo inhiberi nouas nuptias , secundo , negant permit-
ti , hoc est , primo , torquent in nos , quasi certissimum pro se telum , deinde sol-
uunt nostrum inde ductum argumentum .

III. Qui primum vrgent, volunt, vt Jāssenius explicat cap. 40. Concor-
dit, legem diuotij veterem perfecisse Dominum in duobus. Primum, quod
non permittat, nisi ob unam causam marito dimittere uxorem, videlicet ob for-
nicationem, adeo ut si ob aliam causam dimiserit, mœchia autor sit uxori. Secun-
do, quod non permittat dimissæ etiam iuste, videlicet ob fornicationem, alteri nu-
bere, quemadmodum tamen licebat in veteri Testamento. Nunc enim qui di-
missam duxerit adulterat: Ac proinde suscitulit Dominus repudij libellum, quod
nec ob fornicationem dimissæ conscribi, & tradi potest. Quod si vere dictum
& ex mente Christi, nihil nobis superest, quod vel mutiamus. Sed videamus,
quo iure dictum. Nam quibus verbis Euangelistæ nobis Christi mentem
expressam reliquerunt, ea verba penitus aliena sunt ab illo sensu. Maldona-
tus, commentariis in decimum nonum Matthæi, argumenta nobis suf-
ficiet.

IV. Primum. Ex ea ratione, qua hoc loco Christus vesus est, aut nihil probatur, aut hæc sententia probatur. Argumentatur enim, Deum non plures, sed vnam tantum fœminam fecisse viro, vnde colligit non debere plures habere, id est, vnam dimittere & aliam ducere. Quæ ratio idem omnino valet, vt probetur etiam propter fornicationem vxore dimissa, aliam ducent non licere, nec enim refert, qua de causa dimissa sit, cum eadem semper aliam non ducendi causa maneat, quod vni viro vna tantum fœmina facta sit.

V. Respondeo præter immodestam principij petitionem, nihil esse in hoc argumento. Falsum est, illud, non debere plures habere, idem esse, quod vnam dimittere & aliam ducere, imo id ipsum est quod controvèrtitur: nam, si verum, nos, qui concedimus non licere plures habere, non negaremus prohiberi vnam dimitti, & alteram duci. Sed qui dicimus, licere interdum, id est, propter fornicationem, vnam dimitti, & alteram duci, & tamen nunquam licere plures habere, cō ipso satis ostendimus, non esse unum idemque. Rursus ergo négamus eandem causam non ducent aliam, si prior de missa sit propter fornicationem. Ratio manifesta, quia hæc, quæ fornicata est, non est amplius vni viro, quia membrum facta est scortatoris. Prioris ad Corinth. 6. An ignoratis eum qui ex gloriatur in scorno, vnum esse corpus? Erunt enim, inquit, qui duo erant, in carne una. Peccauit ergo illa in institutionem, id est, in naturam matrimonij, à qua est Christi argumentum. Quare nō eadem vis perstat. Qui sunt vna caro, separari non debent. At vir & mulier sunt vna caro, ergo separari non debent. Manifeste distingueda est minor. Nam mulier vel casta est, vel adultera. Si casta, conceditur minor, quæ Christi est. Sed negatur, si adultera, quia, si est unum corpus cum adultero, non est vna caro cum viro. Itaque longe abit Maldonatus à Christo.

V I. Secundum. Dubium non est, quin propterea Christus concesset it vxorem adulteram dimittere, ne cogerentur mariti cum adultera doloris plenam vitam agere, cum vxori ipsa indignam se adulterando reddidisset, ut cum ei maritus habitaret. Hæc, autem ratio nostra eo usque pertinet, ut marito aliam ducere liceat, satis enim est, ut liceat priore liberari.

VII. Respondeo, eum dolorem vel intelligi solitarie, vel subalternate, id est, ita, ut vel is solus sit causa legitima, vel ut, praeter causam legitimam, eius etiam ratio habeatur. Priori modo, falsum supponitur. Si enim propterea permitta discessio, debuit etiam permitti, si mulier sit ebriosâ, si sit rixosa, si sit ceruicosa. Non potest enim vir bonus, cum ea sine perpetuo dolore, & quidem graui, habitare. Quod & discipuli viderunt, qui statim intulerunt, *Si tale est negotium hominis cum uxore, non expedit uxorem ducere.* Denique, quis non videt eam fuisse causam tolerati olim apud Iudeos diuortij? Altero

autem modo, concedi potest doloris eius habitam fuisse rationem, sed negatur tamen si causam veram & suminam, ipse enim Christus docet alterius: nempe argumentum deens à natura matrimonij. Hæc autem causa eo usque pertinet, ut marito licet aliam ducere. Quanquam falsum est, cum liberari potiore, si maneat vinculum. Quomodo enim potest quisquam animo concipere simul constare vinculum, & liberationem? Quanquam priorem causam non hoc usque pertingere etiam ipsam, falsum docet indulgentia olim apud Iudeos, qui sic ob quancunque grauem causam dislidunt eandem matrimonium, ut conuolarent ad secundum. Et vero pertinere causam dislidi ad alterius copulam, ridicule dictum, quasi eadem utriusque causa sit. Nam certe verum, aliam esse causam ablegatæ prioris, aliam vero posterioris admissæ.

VIII. Tertium. Illa etiam tatio, quam Hieronymus afferit, multum habet ponderis, si maritis licet, dimissis adulteris vxoribus, alias ducere quotidie, qui nouas vxores appetenter, contra priores adulteria configerent, ut illis repudiatis, alias haberent. Itaque non restrinxisset Christus veteris legis disciplinam, sed relaxasset. Nam nec in veteri lege huic mutandarum vxorum libidini tantum loci erat, cum adultera non dimitteretur, sed occidetur. Ista vero ratione, licentiam Christus maritis præbusset vxores quotidie mutandi, quam enim facile est, si quis animum attendat, aut verum in uxore adulterium, aut probabile deprehendere? quam facile fingere?

IX. Respondeo, hanc rationem, sive ab Hieronymo sit, sive aliunde, non enim interest, nullius esse momenti. Concedo fieri posse, ut qui nouas vxores appetant, fingant adulterij crimina. Sed inde sequi non coercitam fuisse veteris legis licentiam, sola calumniandi ~~xvngn9eia~~, potuit fingere. Nam primo restrictio legis, sumitur, non a singulis actibus eorum qui vel feruant, vel transgredientur, sed ab eorum actuum speciebus: quæ quanto plures lege comprehenduntur, tanto latius patere lex dicitur. Ratio est manifesta, quia in unaquaque specie, individuorum potest esse numerus infinitus, itaque nullæ ferme leges aliae alii essent aut ampliores, aut contractiores. At Maldonati instantia petitur a singularibus actibus, cum fieri posse afferit, ut singulis diebus mutentur vxores. Itaque nihil agit, nisi nugas. Nam apud Iudeos, non tantum poterant quotidie mutari vxores, sed etiam ex infinitis causis. Illud erat a singularium duritia cordis, hoc vero a legis disciplina. At post hanc Christi declarationem, et si possint singulis diebus, addi si velis, & singulis horis, aut etiam momentis, uxores mutari, tamen non licet nisi ex unica fornicationis causa. Itaque, si fiat illud, poterit non esse coercita hominum nequitia, sed non poterit lex non esse longe contractior.

X. Præterea, fac imputari legi singulos actus hominum, tamen indignum est imputati etiam prævarications. Vadimonia leges permittunt, ha licentia quotidie abutuntur innumeris vexandis vicinis. Tu hanc vexationem legi tribuas? Deserri scelos iura permittunt, & tute ita compares, ut si omnium Sycophantarum myriades adscribas? Quis ita insinuat, vt quia ius fit Deus hominem crescere & multiplicari, cum autorem faciat omnium fornicationum, adulterorum, incestuum? Denique aduentant, quæso, Sophistæ, quid lex loquatur, quid ipsi obiciant. Obiciunt ficta adulteria, quo rum nullus sit finis, magna facilitas. Quid ergo ne Christus permisit diu ria, propter adulteria ficta? Hoccum vñquam Christus? Vt Caio liceat com minisci Caiam esse adulteram, eo que nomine repudiare? Nunquam, ille qui dem, nunquam. Itaque obiectio preter meram calumniam nihil habet. Olim cum lex iuberet adulteram occidi, cur nullus fuit Maldonatus, nullus Hieronymus, qui clamaret, quotidianas futuras vxorū cædes, quia facile possint adulteria aut vera deprehendi, aut falsa fingi?

XI. Quartum. *Quis non videt, Christum, cum velit Euangelicam disciplinam maxime restringere, & matrimonij vinculum indissolubile esse docere, non solum non debuisse potestatem facere maritis, dimissis adulteris vxoribus, alias ducendi, sed frenum potius illis iniicere, ut si nollent vxore carere, adulteras paterentur, & corrigerem conarentur, non repudiare? Voluntas enim Christi, erat, ut maritus etiam adulteram vxorem non dimitteret, sed ut eius dolori consuleret, permisit, non præcipit, ut dimittere, si vellet, posset.*

XII. Imo quis non videt Maldonatum subinde repetere tanquam per se nota, quæ debuit potius probare? Negamus Christum voluisse docere matrimonij vinculum esse indissoluble, simpliciter, sed cum addita exceptione fornicationis. Negamus eius voluntatem fuisse, ut maritus ne adulteram quidem dimitteret, negamus, causam solam fuisse, ut mariti dolori consuleret. Hæc omnia ex arte sunt Jesuitica, non sunt à fano cerebro.

XII. **Quintum.** Illud etiam hanc sententiam magnopere confirmat, quod Christus non dixerit, si dimissa nups'erit, mœchatur, sed qui dimissam duxerit mœchatur. Cuius rei non alia potuit esse causa, quam quod Christus de vxore etiam propter fornicationem dimissa loqueretur, de qua, quia iam adultera erat, noluit dicere, mœchatur, quia nihil noui dixisset, sed dixit fore, ut quicunq; eam duceret mœchareretur, ut significaret, nec dimissæ licere alteri viro nubere, neque alteri viro vxorem eam ducere.

XIV. Respondeo. Primum, neminem mœchari solum, sed utrumque, quare reapse, qui dicat, si quis duxerit eam, mœchatur, eundem necessario significare, si illa cuiquam nupserrit, mœchatur. Itaque 5. cap. Matthæi, hoc crimen diserte de ea dicitur, quæ nubit; *Facere, ut ea mœchetur, Vnde planum perinde fuisse Christo utrum diceret.*

XV. Secundo, forte esse verum, de industria non dixisse Christum, si illa nuper sit incepatur, sed potius, qui eam duxerit incepatur, causam vero posse varie inquire. Vnam audi ex Chrysostomo, ei dicitur quod est in libro *Agapei et amicorum*: *Intervale regi non regi. Alio tempore amicorum et amicis, et in aliis tempore amicorum et amicis.* Quod si de his rebus ipsam non alloquitur, ne mirare, est enim infirmior mulier propterea, hanc omis- dum interminatur viris, eius quoque vitium emendat, quomodo, si quis filium habens nequam, ipsum faciat missum, sed corruptentes increpet, et que interdicat omnem cum eo familiaritatem. Alteram exhibebit Franciscus Lucas Brugen-sis, *Virum alloquitur potius quam dimissam, quod viro, ut ipso libero, ad dicen-dam aliam quancunq[ue] faciliter sit persuadere, ut non ducat mulierem ab alio di-missam, quam mulieri dimissa ut nemini nubat, qua si non intemperantia, certe honoris recuperandi causa, votis omnibus desiderat esse qui eam velit, et ducat.*

XVI. Non

XVI. Non est igitur necesse, hanc esse potius causam, quam relictis omnibus de legit Maldonatus, suo commodo. Imo hanc potius oportet esse falsam, si verum, de alia muliere loqui Christum, quam quæ sit dimissa propter fornicationem, quod nos afferimus, imo verba contextus profitentur. Caietanus, *Et qui dimissam. Non fornicariam: nulla enim alia dimissa nominata est.* Petri igitur principium Maldonatus.

XVII. Sextum est Bellarmini, ab iisdem verbis, *Qui dimissam duxerit mœchatur.* Hæc, inquit, vel vniuersitate accipienda sunt, vel cum exceptione illa, nisi ob fornicationem. Si vniuerse, ergo qui dimissam duxerit etiam ob fornicationem mœchatur, itaq; non fuerat dimissa quoad vinculum, sed solum quoad thorum. Si cum exceptione, ergo qui fornicariam à viro dimissam duxerit, non mœchatur. Quare melior est conditio fornicariæ, quam innocentis, & castæ: nam fornicaria libera est, & nubere potest: innocens vero, nec priorem habere, nec alteri potest nubere, quod est absurdum.

XVIII. Hic inducit quosdam respondentes, fornicariam non posse nubere, & refutat. Sed illi viderunt, nos enim alter censimus, & si putemus magistratum, cuius hæc cognitio est, si nō gladio vindicet adulterum, quod quidem foret longe optimum, certe debere prouidere, ne omnino impune sit peccatum, sed, ut iam dixi, nos politicas leges non præscribimus, religioni consilimus. Itaque existimamus, soluto matrimonij vinculo, utrique nuptias concedi.

XIX. Respondemus ergo, repetendam esse exceptionem, ut post patet. Itaque falso esse alterum dilemmatis membrum. Sed, inquit, tum futura est melior conditio impudicæ, quam castæ. Quomodo, inquam, melior? Nam id duplicitate potest, melior in seculo, melior coram Deo. Si coram Deo, negatur. Nunquam enim futurum, ut hoc sensu potior sit conditio peccataris, quam insontis, & quantumvis millies hæc nubat, tamen longe potiori loco erit, quæ in casta viduitate perseverat, quod miror eos non videre, qui concedunt matrimonium infidelium solubile etiam quoad vinculum. Nam quis non statim inferat ex hoc principio, meliorem esse conditionem infidelium, siue iij maneant infideles, siue post professionem redeant ad vomitum, quam fidelium, qui post baptismum coniungantur? Ilis enim Papistæ permittunt post diuortium nubere, istis minime. Sed Catholici nunquam sunt concessi, illos meliore loco esse apud Deum. Ideoq; negabunt, necessario esse meliore loco apud Deum, eos omnes quibus post diuortium licet nuptias mutare.

X. An ergo dicent, in seculo? Atqui primo negamus leges religionis prouidere huic seculo. Enimvero secundum seculum, illius melior est conditio, cui licet vicitur inimicum, & tamen lex Christiana prohibet. Quid mirum, si fiat hic aliquid simile? Negatur ergo hoc esse absurdum, ut Bellarminus pronunciat, non satis expensa religionis natura.

XI. Secundo, quid si falso hoc ipsum sit, nimirum meliore conditione fornicariam esse quam pudicam, etiam in seculo, hac quidem in parte? Nō licet, inquit, castæ nubere alteri viro, si dimissa sit. Non licet? Nos vero aliter sentimus. Nam, ut non sit hoc repudium, erit tamen desertio. Etnos Paulus docuit desertam pudicam non teneri seruitute *& nuptiis.* Scio loqui de desertis ab infidelibus. Sed scio viciissim, ex 1. ad Timoth. 5. *Si quis suis & maxime domesticis non prouidet, fidem abnegauit, & est infidelis deterior.* Scio iterum, Ecclesiastem non defutaram suo officio, ut deserentem moneat, corripiat, & impoenitentem abscondat, ut tandem sit, *tanquam Ethnicus & publicanus.* Itaque, omnibus frustra tentatis ut desertorem reuocet ad bonam mentem; tum deum poterit pudica matrona absq; criminis nubere.

XXII. Septimum, à comparatione Marci, Lucæque. Id vero valde vrgent, non Maldonatus tantum, sed etiam Turrianus, Alfonsus de Castro, Peretus Salmero. Fundamentum ponit Maldonatus, *Dubitandum non est, quin oporteat hunc locum ex aliis Scriptura locis, in quibus de eadem re agitur, explicare.* Nam, inquit Salmero, ut docet Tertullianus in Præcam Patripassianum, *pauca per plura debent indicari, non autem plura per pauca.* Pergit Alfonsus de Castro, *Non est aliqua evidens ratio, qua conuincat, Marcum & Lucam inter se concordes potius esse interpretandos, per verba Matthæi, quam è contrario Matthæum per verba Marci & Luce.* Turrianus: *Quia igitur, quod est apud Matthæum cap. 19. paulo obscurius scriptum videri poterat, uero alijs Evangelistæ consequitur, tanquam eius loci interpretes, Marcum dico & Lucum, parenthesis illa, excepta fornicationis, quæ obscenitatem loco adferebat, pratermissa, totam sententiam explanarunt, cum simpliciter dixerint.* Qui dimiserit uxorem, & aliam duxerit, mœchatur, aut mœchatur super eam, quod omnino verum est: atque hoc erat tanquam explanatio, & simpliciter dictum ad interpretationem illius loci Matthæi adhibendum, quibus paulo obscurior esse videbatur.

XXIII. Respondeo, neminem negare posse, comparando esse inter se omnes locos Scripturæ, qui eandem rem tractent. Etsi aduersarij, cum liber, id est, cum sibi commodum putant, hanc negent esse optimam interpretandionem. Sed nos tamen negare, hos Matthæi locos ex locis Marci & Lucæ esse interpretandos: Contra potius Marcum & Lucam ex Matthæo.

XXIV. Nec contra promouent aduersarij. Tertullianus non dixit ut finit Turrianus, pauca per plura debere indicari, non plura per pauca. Describo ipsa verba ex cap. 26. *Ne tot manifeste pronunciata & antea & possea, unus sermo subiurat, secundum omnia potius, quam aduersus omnia, etiam aduersus suos sensus interpretandus.* Vere, & absque exceptione, quia nunquam admittenda contradictione in Scriptura. Sed pauciora interpretanda esse per plura, aliam mentem haber: nimirum lucem adferri paucioribus ex pluribus, quod non est semper verum. Nihil enim obstat, quoniam vnum aliquod enunciatum si planius, clarius, disertius plurimi alii. Et re vera, vnum illud Joannis. *Ecce agnus Dei, qui tollit peccata mundi,* manifestius est omnibus præcedentibus de Christo prophetus.

XXV. Atnulla, inquit Alfonsus, eidens ratio est, cur Marcus & Lucas ex Matthæo sint exponendi potius, quam hic ex illis. Quasi aliquam illi proferant, quaenam euincat Matthæum esse potius exponendum ex Marco & Luca. Verumtamen, imo est, inquam, in promptu, & quidem non eidens tantum, sed etiam necessaria. Quia interpretanda nunquam sunt obscura per obscuriora. Sunt autem Marcus & Lucas loquuti obscurius, Matthæus clarus. Ergo certum, posse Marcum & Lucam illustrari ex Matthæo, non contra Matthæum ex Marco & Luca. Assumptio probatur, quia determinatae enunciationes clariores sunt indeterminatis. At Matthæi enunciationes

nes determinatae: Luca autem, & Marci, indeterminatae, ergo illæ ipsis clariores. Maioris ratio, quia indeterminata latius patent, quam determinata, ideo has illæ continent & comprehendunt suo ambitu: at contra hæ contractiores, itaque illarum partem aliquam excludunt. At hæ pars in enunciatione latior, delitescit confusa, vnde obscuritas. Nam quia mens nostra non potest uno actu omnia, imo ne plura quidem, percipere, quatenus plura, hinc factum, ut cognitione ex distinctione lux oriatur, qua distinctione non est in vniuersalibus. Assumptio autem patet, quia omnis enunciatione per exceptionem sit determinator. At Matthæus exceptionem addit, quain Marcus & Lucas omitit.

XXVI. Itaque Turrianus peccat in sensum communem, afferens, exceptionem additam à Matthæo causam esse obscuritatis, & ea sublata, Marcum & Lucam fieri clariores. Nam certe eo fit sententia obscura, quo sit ut falsa esse possit. Perspicua enim illa dicitur, quæ certo distinguunt verum a falso, obscura contra, quæ non distinguunt, sed ambigua est inter utrumque. Atqui omnis exceptio, si legitima est, cuiusmodi hanc esse Matthæi non dubitamus, certo distinguunt, vnde apud Jurisconsultos axioma decantatum, Exceptio firmat regulam, hoc est, Lex tum maxime certa est, quoniam notantur ea, quæ excipi debent ab ea, quia in reliquis omnibus, quæ sunt extra exceptionis ambitum, vim suam plenam obtineat. Exempli gratia, lex erat: Panes propositionis nemini licet edere, nisi solis sacerdotibus, Matth. 12. Inde certum, *Quicunque non essent sacerdotes, nisi non fuissent licitum.* Auter exceptionem, ut sit, Panes propositionis nemini licet edere, legem facis falsam. Breuiter, aut exceptionem oportet esse falsam, aut legem, à qua sit exceptio. Sunto duo enunciata. Omnis homo est peccator. Omnis homo est peccator, præter Christum. Sensus communis dicit alterutrum esse falso, quia contradictionis partes non possunt esse simili veræ. Est autem contradicatio. Omnis homo est peccator, aliquis homo nō est peccator. Itaque, si omnis homo peccator est, omnino necesse erit Christum esse peccatorem: Et si Christus non sit peccator, necessario falso erit, Omnem hominem esse peccatorem, excepto Christo.

XXVII. Frustra sunto sane hæc omnia, nisi ea Papistæ iphi confirmant suo exemplo, in omnib. controvërsiis de religione. Nihil enim illis frequenter ad solutionem obiectionum, isto loco à distinctione. Solus Christus est caput Ecclesiæ: nempe, aiunt, primarium, sed ministeriale est Papa. Omnis homo est conceptus in peccato, excepta, inquit, Virginis Maria. In Christo habemus plenam remissionem peccatorum, culpe, inquit, at non pœnae Christus: *Bibite ex hoc omnes:* Papistæ excepti laicis. Et in hoc ipso loco de coniugio 1. ad Corinth. 7. Paulus, *Si non se continent, nubant: Sæ, nisi continentiam voulissent.* Paulus, *Vxorem à viro non discedere: Sæ, scilicet, sine iusta causa.* Didacus Stella in Luc. 16. Propter fornicationem tamen potest illam dimittere, quoad thorum. *Maritus in sex casibus non poterit relinquere vxorem adulteram, & sic intellige & limita Christi dictum.* Primo, quando ambo commiserint adulterium: Secundo, si maritus propriam uxorem prostituerit pro pecunia, vel alia re: Tertio, si uxor, putans se cum viro congregati, decepta est ignoranter, aut contraxit putans esse mortuum: Quarto, si fuerit vi oppressa. Quinto, si vir postquam reconciliatus est uxori, cognoverit eam: Sexto, si uxor infidelis ab eo repudiata contraxerit cum aliquo, & postea ambo fidem suscipiant, debent iterum conuenire. Sexenta sunt eiusmodi. Quid ergo? Sunt ne huiusmodi exceptions, obscurandis iis sententiis, an explicandis? Nam si explicandis cur eam vim huic soli denegant? Scilicet, ea sibi indulgent Papistæ, quæ non tantum nobis non concedant, sed ne in sacris quidem autoribus non improvent, tam sunt religiosi.

C A P. XVII.

Matthæi XIX. permitti nuptias post diuortium.

I. Hæc tenus conati sunt Christi verba detinere in suas partes. Nunc videamus, quanta Sophistice contentur à nostris abducere. Nos ex contextu ita interpretabamur: *Quicunque, nisi ob fornicationem, dimiserit uxorem, & aliam duxerit, fornicatur.* Et à contrario arguebamus: Ergo, qui ob fornicationem dimiserit uxorem, & aliam duxerit, non fornicatur. Illi & interpretando dissentunt, & consequentiam impugnant. Vtrumque videamus.

II. Interpretationis discidium in eo est, quod cum duo sint membra, unum, de dimittenda uxore priore, alterum, de ducenda posteriore, nos ita interpretamur, ut exceptio fornicationis ad utrumque pertineat, & non tantum intelligatur uxor non dimittenda prior, nisi propter fornicationem, sed etiam non ducenda posterior, nisi priore propter fornicationem dimissa. Ast illi, de priore membro, non possunt contradicere, sed in posteriore sunt pertinaces, & cum repeti patiantur uxorem dimissam, tamen exceptionem fornicationis nullo modo, quasi genuinum præceptum esset. Vxorem nemō dimittit, nisi propter fornicationem. Vxore quamcunque ob causam dimissa, alteram nemo ducito.

III. Perspicuum est, hoc eos, & ita velle. Sed non possunt inter se contenire de interpretationis modo, quicquid enim fingant, tamen sunt ipsi fibi testes, se discedere ab vñta verborum ratione, ad peregrinam, longissime quereremotam, qua nemo vñquam sit vñs. Itaque immanis fuit illis labor, & inde, ut sit, alii alia venere in mentem. Mollissime Jansenius, *Quicunque dimiserit uxorem suam, quod non licet, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.* Alij rustici, & impudentius. Alfonsus de Castro, cui consentit Salmero, *Quicunque dimiserit uxorem suam, non ob aliam causam, nisi propter fornicationem, & aliam duxerit, mœchatur.* Croquerius, *Si quis uxorem suam dimiserit, quod meis est aduersum legibus (excipio autem causam fornicationis:) sed quomodo libertate res habeat, siue immerito, siue merito, etiam propter causam fornicationis: Si quis, inquam, dimiserit, & aliam duxerit, fornicatur.* Alfonsus de Castro interpretationem Abulensis recitat, *Quicunque dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, etiam si aliam non ducat, mœchatur, & qui illam dimittens, quoquomodo dimittat, si aliam superduxerit, mœchatur.*

IV. Enimvero, quid istis in mentem venit, ut putarent sibi licere, nouum ius *equum*, inducere: & eiusmodi nobis Christum pingere. Evangelistas finire, qui vñ sint formulis tritis, atque è medio petitis, ex sensu, qui sensus nulli

nulli fuit vñquam cognitus? Sed horum religionem hominum frustra sollicito, qui iampridem licentius ludunt in Scripturis torquendis, quam in prophaniis autoribus. Certe, non illi tam faciles se præbeant in Aritotelis textu violando. Sed conscientiam eorum viderit Deus. Nos nostrum pensum sequamur.

V. Nobis ergo non placuit esse tam violentis, aut à communī vsu recedere. Communem vsū his iudicamus exemplis, Matth. 5. Si oculus tuus dexter scandalizat te, erue eum, & proice abs te. En tibi partes duas. Si oculus scandalizet, erue eum. Post, & proice. Quis tam impudens, vt dicat uberti oculū erui propter scandalum: at proici quancunque ob causam? Et non potius, eruendū oculū scandalizantem, & eundem scandalizantem oculū, propterque id ipsum erutum, proiciendum: Deute. 22. Si in agro repere rit vir pueram, que deponsatā est, & apprehendens concubuerit cum ipsa, ipse morietur solus. Rursus partes duas. Si inuenierit in agro pueram deponsatam, si concubuerit cum ea. Quid sensusne, si inuenierit deponsatam, concubuerit autem cum quacunque, siue deponsatā, siue minus? Imo, non tantum puella reperient, sed etiam quacunque ad eam circumstantia pertinent. Exod. 22. Qui percussit virum, & mortuus fuerit, moriendo morietur. Ausilte Jesuita interpretari, motuum alium quacunque, quam eum, qui fuerit percussus, & quidem ex vulnere? Egregie: Si quis percusserit virum, & hic vir moriatur, siue ex vulnere, siue ex alia quacunque causa, qui percussit, moriatur. Contra legem. Ibidem, Si quis furatus fuerit bouem, aut ovem, & occiderit, vel vendiderit, quinque boves pro uno restituunt. O vos adeste Jesuitarum Jurisconsultissimi, & Jurisconsultorum Jesuitissimi: adeste ambigentibus, vt à vobis oraculum audiamus. Quisquis bouem furatus sit, quinque pro uno restituto, & qui bouem iugulauit, siue furto ablatum, siue iure emptum, quinque pro uno restituto. Ethoc auditio oraculo, exclamemus omnes, ô Jesuitarum Jurisconsultissimos! ô Jurisconsultorum Jesuitissimos!

VI. Ti māa unxwā? Nam sexcenta sunt eiūmodi, qua in sacris, qua in exoticis libris, imo in vsu quotidiano. Adeo nostra facilis, fluentique interpretatio, vt ne interpretatio quidem potius, quam recitatio. Quā aduersarij præruptam inceant, & confragosam, salebrosamque viam, nullis ante tristam pedibus. Neque enim habent exemplum vilum proferre, quo se consolentur.

VII. Sed argumenta videamus, quibus sēturos putant Salmero. Accipe, quod, quando dictio aliquo ponitur inter duo, si potest referri ad prius, quia iam prodixit effectum suum, non debet, neque potest referri ad secundum. Et ita exceptio dimissioni vxoris conuenit, vt etiam Matthæus cap. 5. testatur, qui tantum dimissionis, non autem alterius accipienda coniugis meminit, quare ad alterius vxoris acceptance non est referenda. Secus vero, si post ambas poneretur, vt si quis diceret: Qui cuncte dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit, excepta causa fornicationis, tunc enim ad utrumque esset referenda.

VIII. Imo, Accipe, quod, quando Jesuitæ conuincentur communi vsu vocabulorum, tum inducunt nouum aliquem ex Vtopia Japonica, quo imponant stupidioribus. Enimvero, vnde hoc axioma? quo autore lex est? Nam vt Loiolæ mancipio permittamus de suo leges ferre, & quidem, ex postfacto, quod ius, falsum finit? Næ, si par pari licet referre. Sed taceo. Nobis religiosor est affectus. Deinde, dico, orationis partes ponit, vel εν τῷ ἀγαλάῳ, & τοῖς θηρίαις. Has subiici alias illas minime. Vt, ad Ephes. 4. Omnis amaritudo, & excandescantia, & ira, & clamor, & maledicentia tollatur ex vobis. Hæc varia sunt membra τοῦ σώματος, quæ ex æquo oratione componunt, ita vt singulis vnum idemque prædicatum conueniat. Prioris ad Corinth. 7. Si acceptis uxorem, non peccasti. Membra hæc subordinata sunt, quia prius supponendum est, vt constet posterioris sensus. Non enim dicitur absolute, non peccasti, sed cum conditione, si uxorem duxeris.

IX. Hoc posito, legem a Salmerone latam dico, in partibus εν τῷ ἀγαλάῳ, non esse vniuersalem, in reliquis esse falsam, imo impossibilem. In illis enim, neque semper vnum verbum additum alterutri parti, siue præcedenti, siue sequenti, referendum ad utrumque, & esse tamen aliquando commune. Ad Ephes. 5. Hoc nosī, nullum scortatorem, aut impurum, aut auarum, qui est idololatra, habere hereditatem in regno Christi & Dei. Hic verum, τῷ Idololatria additum, membro sequenti, non referri ad præcedentia. Ad Corinth. 1. Paulus, vocatione Apostolus Iesu Christi per voluntatem Dei, & Sosthenes frater. Ad Sosthenem, in posteriori membro, non pertinet Apostolus Iesu Christi, sed ad solum Paulum in priore. Nunc contra. Ioan. 17. Ut cognoscant te solum verum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Nam solus verus Deus, æque ad Christum pertinet, in posteriori membro, & ad Patrem in priore.

X. Iam vero, si partes fuerint τοῖς θηρίαις, omnino necesse est, quæcumque verba tribuuntur parti supposita, siue ex primo loco sit, siue secundo, pertinere ad utramque, & hoc si non fit, orationem reddi ridiculam, ineptam, absurdam, & si quid durius dici potest. Ad Roman. 7. Qua sub viro est mulier, viuente viro alligata est legi, si autem mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Supponit mulier επικυρωθεῖσα: & est primum membrum, alterum est. Si mortuus fuerit vir eius, soluta est à lege viri. Dico in hoc posteriore non tantum subaudiendum vocabulum τὸν, sed etiam alterum, τὸν δὲ. quia sub viro est. Prioris ad Corinth. 5. Si quis, cum frater nominetur, sit scortator, aut auarus, aut idololatra, aut coniutor, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi ne edatis quidem. In priore membro sunt omne genus peccatores, cum hac conditione, si fratres nominentur. Dico hanc conditionem pertinere ad secundum membrum, cum eiusmodi ne edatis quidem: non enim in ibere Apostolum, vt omnino non edamus cum idololatriis, quicunque tandem hi sint, sed cum idololatriis, qui nominantur fratres, & hanc esse Apostoli mentem res ipsa docet, neq; puto à quoquam contradici.

XI. Quare quæ à Salmerone lex proponitur, non est lex, sed portentum legis, cuiusmodi multa portenta fert non iam Africa, sed Africa deterior Papismus. Porro nostri huius loci partes cuiusmodi sunt τοῖς θηρίαις, an vero τοῖς θηρίαις? Facile iudicium. Nam quæ sunt primi ordinis, ex parte, & seorsim à reliquis veram sententiam conficiunt: at non item reliquæ. Non enim, vt verum est, scortatores, etiam si non sunt autari, nullam habituros hereditatem in regno Christi, sic verū, non esse comedendum cum scortatoribus, etiamsi fratres non sint. Itaque in hoc de quo agimus loco, partes oportet esse τοῖς θηρίαις: non enim loquitur Christus de uxore ducenta absolute, sed

propter diuortium. Quare necesse est, quæ de diuortio dicuntur, repeti in secunda parte, quæ agit de ducenda uxore, vt conueniat exceptio non tantum dimissioni, quod vult Salmero, sed etiam alteris nuptiis, & sensus sit, qui priorem uxorem dimittit, nisi causa fornicationis, & alteram ducit, nisi illa dimissa propter causam fornicationis, mœchatur.

XII. Sed, ait, vocabulum illud pertinens ad prius membrum, iam prodixit effectum suum. Mirum Sophistam! Ita esto sane, sed, ergo non est repetendum in secundo. Imo, inquam, ipse ille effectus repetendus in secundo membro, itaque etiam vocabulum, à quo is effectus productus est. Bouem furto ablatum si quis occiderit, quintuplum redditio. Quis hic hegemonum vocabuli, quo significetur furtum, productum esse in ea parte, quæ dicit, Bouem ablatum furto? Ergone, furti nulla habenda ratio, in restituendo quintuplo? Imo sic absolute præscriberetur, quicunque bouem abstulerit, quintuplum luito, quæ lex est tyrrannica, potest enim quis bouem auferre, & qui suum auferit, non tenetur luere.

XIII. At cap. 5. Matthæus non meminit uxoris ducentæ, sed tantum dimittendæ prioris, & tamen meminit exceptionis. Fareor, inquam: Quid tum autem? Ergone exceptio ad uxorem ducentam nihil pertinet? autho concedat quisquam fanus? Imo pertinet, inquam, quia non agitur de altera uxore ducenta simpliciter, sed ex hypothesi prioris dimissæ, vt dixi. Tum autem, et si nulla mentio secundarum nuptiarum mariti, tamen sit uxoris, neq; enim mœchatur uxor, quæ dimittitur, si maneat innupta. Cum ergo dixit Matthæus, facit eam mœchari, secundas huius nuptias intellexit. Itaque res eodem redit, ac si dictum, Si dimiserit nisi causa fornicationis, & hæc nupserit viro, hæc mœchatur.

XIV. Ruris Salmero, Accipe. Quoties exceptio, vel dictio aliqua ponitur inter duo contraria, si conuenit primo, non potest conuenire secundo, quia produceret effectus contrarios, & inter se pugnantes. Cum ergo exceptio fornicationis conueniat dimissi, & dimittere uxorem, & accipere aliam uxorem, sint quasi contraria, sequitur, quod si exceptio quadrat, primo, non potest quadrare secundo, ne operetur contraria, & diueria.

XV. Imo, Accipe: Quoties inter duo contraria, Veritatem & mendacium conflictantur Jesuitæ, tum aperta impudentia sibi rimam faciunt, qua elabuntur, aut certe elabi videantur. Sed illa unde, aut à quo lex fuit? Aut quorum illud, inter duo contraria? Quis audiuit aliquando exceptionem positam inter duo contraria? Quod genus orationis id patitur? Deinde, si quod patitur, cur non generalius? Non enim certe magis absurdum ab eadem distinctione contraria esse effecta, si interponatur, quam si, aut præponatur, aut postponatur. Leue peccatum tamen, & Papistæ in primis veniale. Sed in argumento longe grauius, αἰνεῖν pónit contraria, διαδοῖ vero, non contraria, sed quasi contraria, magno interuallo. Quanquam hoc ipsum falsum, poni aut contraria, aut quasi contraria. Nam quis dixit vñquam contraria, quæ diuersum respectum habent? Dimittere uxorem, & eandem ducente, contraria fatebuntur omnes, sed vnam dimittere, & aliam ducere, nemo fanus.

XVI. Et hoc dissimulemus, si placet, iusto æquiores in Jesuitas. Illud cuiusmodi est? Exceptionem conuenire primo, non quadrare secundo? Quid? Adeon' fuit ille ὁ ἄρχος οὐρανοῦ, vt eximissem quenquam Christi verba sic interpretari: Quicunque dimiserit, excepta fornicatione, & aliam duxerit excepta fornicatione? Hoc quisquam somnare? Hoc quisquam potuit in animum inducere? O Jesuitæ! quanto vobis facilius luctari cum larvis, quam cum cordatis viris disputare! Samus sic resoluat: Si quis uxorem dimiserit, nisi fornicantem: & aliam duxerit, nisi priore dimissa propter fornicationem.

XVII. Pererius: Si sensus sit utrumque licere, nempe, & uxorem dimittere, & aliam ducere, colligi posset, non esse prohibitum à Christo, quavis alia de causa, præter fornicationem, dimittere uxorem, dummodo, nec vir dimittens, nec uxor dimissa ad alias transeat nuptias, quod falsum profecto esse constat.

XVIII. Falsum profecto, inquam & nos, qui neque religionis prætextu separationem thorii probare possumus. Sed & falsum Pererij antecedens. Quis enim dixit, sensum esse licere, & uxorem dimittere, & aliam ducere? Neino, qui verbis Christi religiosus hæserit, quæ disertam continent exceptionem, nisi propter fornicationem. At hæc facit, vt non significetur licere, uxorem dimittere, sed tantum dimittere propter fornicationem. Solentne perinde Jesuitæ esse τοῦ ἀνθρώπου, & τοῦ ναύτου; Solentne Jesuitæ ita argumentari? Licet propter fornicationem, ergo etiam propter aliam quancumque causam? Mirum artificium. Quanquam hoc ipsum. Licet propter fornicationem, dilutius est. Quod potius dici debuit, non licere nisi ob fornicationem, siue, licere ob solam fornicationem. Itaque Pererius non disputat est, sed præstigiator.

XIX. Atque haec tenus interpretatio, nunc consequentiam examinemus. Nos igitur concludebamus: Si mœchatur, qui, nisi repudiata priore uxore ob adulterium, nouam ducit: Ergo, qui repudiata priore uxore ob adulterium, nouam duxerit, non mœchatur. Nam exceptionis vis est gemina. Vna vt regulam firmet, iu iis, quæ non excipiuntur, altera, vt contrarium supponat in iis, quæ excipiuntur, vt hic verum, mœchari quicunque repudiata priore casta aliam duxerit: Et nouam duxari, qui repudiata priore adultera, aliam duxerit.

X. Exempla probant infinita. Prioris ad Corinth. 1. Gratias ago Deo meo, quod neminem vestrum baptizauerim, nisi Crispum & Caium. Inde Barrotius anni quinquagesimi secundi §. 21. Baptizauit Paulus Corinthi dicitum Crispum, necnon Caium, Justinius, Hos enim paucos, me baptisino abluisse non inservi. Numer. 14. Non intrabitis terram, super quam leuani manum meam, ut habitare vos facerem, pater Caleb filium Iephone, & Ioseph filium Nun. Hinc Augustinus de Tempore sermone 102. Descentis millibus duos tantum terram reprobmissionis ingressi sunt. Genes. 9. Omne quod mouetur & vivit, erit vobis in cibum, quæsi opera videntia tradidi vobis omnia: Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. Tertullianus de Jeuniis cap. 4. Hoc ipso, quod eam solam carnem esse eximit, cuius anima non per sanguinem effunditur, omnis relqua carnis vsum concessisse manifestum est. Marc. 9. Hoc genus demoniorum, non potest excire, nisi oratione & ieiunio. Athanasius de Virginitate, πάντα δι μήτρας αγαθά οὐκ οὐδέποτε, καὶ οὐδέποτε γένεσιν τῆς Φαρεγγίας τετέλεσθαι τὴν μητέραν, οὐδέ τὸ μήτραν τὸ πόνον τοιχογράφημαν αἰσχυνεῖται. Quisquis igitur ab im-

ab immundo spiritu vexatur, si attendat, & vitetur hoc remedio ieiunio, inquam, statim spiritus nequam pra angustia abscedet. Huius generis sunt *muera*.
¶ *E*ccl. xix. Bellarmicus negat sequi hanc à contrario conclusionem.

XXI. Ettamen Bellarminus negat le qui hanc a contrario conclusionem. Vel enim intelligi Christi verba, Qui dimisiter vxorem extra causam fornicationis, moechatur, & moechaturaliam ducendo, id est, bis moechatur, & quia facit illam moechari dimittendo, & quia ipse moechatur accipiendo aliam. Vel aliter: Qui vxorem dimiserit, quod non licet, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, moechatur. Vt roris medo conclusionem esse, vel: Ergo, qui propter fornicationem dimittit vxorem, & aliam dicit, non moechatur bis, sed tantum semel, id est, non moechatur dimittendo, sed aliam accipiendo. Vel, Ergo, qui propter fornicationem dimittit vxorem, & aliam dicit, non peccat dimittendo, sed solum moechatur aliam ducendo.

XXII. Sed nos facile videmus, si Sophiftis licet pro arbitrio interpre-
tari, licere etiam pro arbitrio, & suas conclusiones educere, quantumuis fal-
fas, & alienas disturbare, quantumuis veras. At nos de posteriore diximus
satis. De priore non est aliud iudicium, quia in secundo membro omitit ex-
ceptionem, quam non debuit. Quanquam alio etiam nomine ridicula est,
quod ponat eum moechari, qui priorem dimittat, etiam si posteriorem nul-
lam ducat. Nam, quod ex s. Matthaei repetitur, facit eam moechari, quam est
indignum sanctis viris. Quis enim non percipit, eam intelligi, quæ dimissa nu-
bat? Pater ex secundo membro, *Et eum, qui dimissam duxerit, moechari.* Et res
ipsa clamat: nam si hæc repudiata nona propter fornicationem, non nubat de-
nuo, qui ratio ferat accusari fornicationis? Hoc ergo cum sit, dicitur, qui
dimisit, hanc facere fornicati: At, quia ipse non dicitur aliam ducere, ne dici-
tur quidem fornicari. Capite autem 19. supponitur idem post dimissionem,
aliam ducere, itaque dicitur fornicari.

XXIII. Salmero eandem consequentiam impugnat aliter. In forma argumentandi, fallacia est consequentis: quæ tunc committitur, cum ab opposito antecedentis, oppositum consequentis deducitur. Ut si quis argumentum necat: Si homo est, animal est, sed homo non est, ergo nec animal est. Vel, si fumus est, ignis est, sed fumus non est, ergo ignis non est. Ita hic, Excepta causa fornicationis, non licet dimittere vxorem, ergo non excepta licet dimittere. Et habet instantias in simili modo loquendi, vt, Interficiens vxorem non fornicantem, peccat, ergo adulteram occidens non peccat.

XXIV. Sed negatur esse fallacia consequentis. Et vero longe diuersi sunt generis exempla, quæ pro similibus inducantur, non iam per fallaciā consequentis, sed aperta impostura. Nam hoc genus exceptionum, non simplex est modificatio, ut loquuntur in schoolis, sed est de rebus diuersis eiusdem attributi affirmatio & negatio. Exempli graia. Matthæi 11. *Nemo nouit Filium, nisi Pater, neque Patrem quisquam nouit, nisi Filius.* Hic vero non significatur tantum pars affirmans de Patre & Filio, quasi dictum, *Pater nouit Filium;* Patrem nouit Filius, sed vna eademque opera definitur, non nosse Filium, quicunque non sit pater. Et 17. *Hoc genus demoniorum non egreditur, nisi per precationem, & ieiunium.* Et 14. *De die illa & hora, nemo scit, ne Angeli quidem celorum, nisi solus Pater.*

XXV. Quod cum ita sit, frustra negatur consequentia, quamvis reuera non tam sit consequentia, quæ ex alio aliud eruit, quam diserta positi axiomatis expressio. Ut tamen demus esse consequentiam, quis tam est inexper-tus rerum, ut nesciat esse vsitissimam? Ioan. 3. *Nemo potest hac signa edere, qua tu edis, nisi Deus sit cum eo.* Argumentatio erat Nicodemi, quæ non erat à bono cerebro, si non valuit hæc à contrario consequentia, quam impugnant aduersarij. Ergo quicunque ea signa facit, Deus est cum eo. Simile Ioan. 9. *Nisi esset hic à Deo, non posset tale quicquam facere.*

XXVI. Et vero manifesta est Salmeronis prænuntiatio, exemplorumq; adeo ~~nisi ergo~~ suis. Nam vt verissimum concedimus, non sequi, Interficiens vxorem non fornicantem, peccat, ergo interficiens fornicantem non peccat: Ita cōstantissime negamus, utrum vñquam sani hominem cerebri dicturum, Omnis occidens vxorem, nisi fornicantem, peccat: quæ tamen forma est axiomatis, de quo nunc disputatur.

X X V I I . Lindano & Latomo satis fuit Augustini solutio , quod Christus voluerit hic maius adulterii genus damnare , non generaliter omne . Magis enim adulterium esse , quis negat , vxore non fornicante , alteram ducere , quam si fornicantem quisquam dimiserit , & tunc alteram duxerit ? Non , quia istud etiam adulterium non est , sed , quia minus est .

XXVII. Sed hoc commentum, ne in Augustino quidem probare potuit Salmero, *Addit præterea diuinus Augustinus aliam solutionem, exceptam causam fuisse fornicationis, in qua mœchia, præ illa, quæ est extra dictum casum, non est vocanda mœchia. Sed dura profeccio explicatio videri posset, quia Dominus occasionem dedisset existimandi non esse mœchiam, si quis in causa fornicationis aliam acciperet uxorem, maxime cum exceptio sine comparatione negandi vim habeat.* Ignoscat Lindanus, ignoscat Latomus, nobis non minus est animi, quam Salmeroni, ut ne Augustino hæreamus, plus etiam iuris. Nam Salmero, suas tantum ne vites cederet, cautele voluit, nobis major cura veritatis. Nusquam Spiritus Sanctus peccatum minus, negare solet esse peccatum. Athic diserte, non mœchatur, longe aliter, quam si, minus mœchatur.

XXIX. Itaque frustra Latomus prouocat ad sensum communem, quae si dicet manifesto, minus adulterium esse, si quis alteram ducat, priore non fornicate, quam si fornicate. Et tamen nimia haec confidentia est. Negant enim omnes sani, ullum esse adulterium, si quis alteram ducat, priore legitime repudiata. Imo, negat ipse Christus totidem verbis: *Quisquis alias ducit, nisi propter fornicationem, mœchatur.* Nam, teste Salmerone, *Exceptio negandi vim habet.*

XXX. Supereft alia solutio: Christum loqui de separatione thori, non solutione vinculi. Et probant his argumentis. Salmero. Quia si intelligas de dimiſione ad vinculum, fruſtra & iuperflue additum fuſſet, *Et aliam duxerit*, quia hoc inclufum erat in tali diſimilione, poſſe aliam ducere. Rurſus. Conſir- matid verbum Domini apud Marcum, *Adulterium corimmitit ſuper eam*, vel aduersus eam, id est, in iniuriam illius. Non ergo diuifum eſt, vel ſolitum vinculum virti ſui antiqui ſecum, ſed adhuc perſeuerauit. Turranus. Vir, di- mittens vxorem ob fornicationem, domo tantum illam excludit, id quod verbum iſipsum Graecum ἀπέδιετο, quo Scriptura uia eſt, ualueri conſideru-

ne sermonis Græcæ significat, ut à Veteribus linguae Græce magistris notatum reperit, pro quo vñus est Paulus verbo ἀπολεγει: non autem soluit iugum matrimonij, id quod verbum λύει significat, quo idem Apostolus in hac significatione vñtitur, cum ait, alligatus es vxori, noli querere solutionem, non dixit ἀπολυνη, id est, dimissionem, sciebat enim licere dimittere propter fornicationem, sed dixit, noli querere λύσην, id est, solutionem.

XXXI. Nos contra solutionem thori, scorsim à solutione vinculi, non uitium esse, & sophisticum inuentum, eorum, quibus cura est sepius atramen-to veritatem obsecrare. Enim uero, cur superflua additio? Non enim idem est, dimittere priorem, & aliam ducere, cur non enim possit, illa dimissa, viduam vitam colere? Sed habet inclusum posse ducere. Ita omnino est, inquam: ac Christus de potentia non loquitur, sed de actu: adulterium autem non est pot-entia, sed actus. Itaque ridiculum fuisset dicere, qui dimittit uxorem, & po-

X X X I I. Concedo, si mœchetur aduersus vxorēm, ergo nō esse solutum vinculum, sed nego etiam solutum thorū. Ratio manifesta, quia hoc à Christo dictum de eo qui repudiat non adulteram, sed contra adulteram repudiata mœchari maritum, nunquam dixit Christus; solis omniarunt Papistæ, quibus rara sunt somnia, non à febre sophistica.

XXXIII. Dignus vero Turrianus , qui ex peragrata Græcia deferret

XXXIV. Ego putabam dici potius eodem sensu & l^euis & d^oct^oriis: sed illud de nuptiis, hoc de coniugibus, ut λύπει sit γάμος, non autem της γάμου: contra δοκιμασίę non γάμος, sed γάμος nōs. Justiniani nouella est 117. Ἀλλὰ φέρεται καὶ Φελλίων, καὶ λόγως γάμου. Ibi Imperator, ποτε inquit, τὸν μετεξύνειν οὐδεος καὶ γυναικός γάμου λύθηαι συνεῖσάν: Si quod inter virum & uxorem est coniugium solui contigerit, εἴδε παρ' αὐτοις τῷ εὐθέος δεῖξι, ut τι λέγεται τὸν γάμον. Si præter crimen matris, probatur solutum esse coniugium. Et de solutione ob religionem, κατὰ τὸ ἀρχοντικὸν τὸν αὐτοῖς πορευόντων λύθηαι, Post litteras mutuo consensu propter continentiam nuptias. Dionysius Halicarnassaeus lib. 2. οὐκ οὐταντα γέροντας εἰσεβαστοι καὶ παντογίαν υποδειγμάτων γάμου Διογένης γάμον. Καὶ δέ τοι εὐδόκιμον εἰσι τοις τελεταῖς καὶ ἐγένετο: Οὐ μηδὲν αὐτοῖς δοκιμασίαις λύθηαι τινὶ εἴσισθι γυναικί. Στυγεῖται Καραϊστής: Constat intra annos quingentos & viginti, nullum contiguum solutum fuisse, sed circa centesimam trigesimam septimam Olympiadum, primum Spurium Cæsarium repudiare uxorem. Quomodo etiam in Euangelio nunquam δοκιμασία γάμον, sed δέ αὐτοῖς λύθηαι γνών: καὶ αὐτὸν λέγειν δοκιμασίαν τοι αὐτοῖς αὐτῆς. Quid multis? Apud Diodorum Siculum lib. 12. δοκιμασία διαγένθη νόμος, οἱ δίδεις Ελαῖας τῇ γυναικὶ δοκιμασίᾳ τοι αὐτοῖς καὶ συνοικεῖται Βελτίων. Secunda lex emendata, qua potebat faciebat uxori repudiare virum, & cui velles nubere. Censem hoc loco δοκιμασία, dici tantum de thoro, non etiam de vinculo? Sed nimis rursum dij sunt. Ιεράς & προστάχεια γυναικῶν δοκιμασία.

XXXV. Concedo tamen interdum etiam τὸν λόγον dici de ipso matrimonio. Vtrum frequens sit, non facile dixerim: vanum tamen exemplum habeo Josephi Archæologias lib. 15. cap. 11 | νικήσθε Σαλαμίνας σανδρού τοῦτος Κοσθόπου. Πέμπτης γάρ εἰναι τοῦ τερψικράτον ἐπολυνόμῳ τῷ ρωμαῖον: Accidit inter Salomonem rixas esse, & Castobarum. Illa statim mittit literas, nuntians dissolutionem matrimonij. Alij dicent potius λυσθέντα τῷ ρωμαῖον. Sed quid ad nos? Non enim ad thorum dantaxat pertainuit, sed omnino ad vinculum.

X X X V I. Salmero habet aliud argumentum. Sicut, inquit, legem strictiore, quam erat Vetus, ferebat, ita strictiori verbi significatione est usus, & se verbi dimittendi significatu ut satis ostendit, dum dixit, & qui dimissem duxerit adulterat, quia non esset vere adulterium, nisi uxor dimissa esset prioris viu vxor. Ergo dimissam tantum vocat illam, que a thoro separata est.

X X X V I I. Non tamen facile appetet, vtrum velit hanc propriam esse eius verbi significationem, quod volebat Turriani, an vero peculiariter Christum usum verbo latiore, in sensum strictiorem. Hoc ille viderit. Sed nos faciemur, non futurum adulterium, si dimissa non remaneat dimittentis uxor. Sed ubi sumus aduertere, mœchari dictum, non eum qui dimittit, quocumque modo dimittat, sed, qui dimittit absque fornicatione. Dicatur ergo nobis volentibus. Salmero, dimissam manere dimittentis uxorem, nisi sit ob fornicationem, sed meminerit inde confici, dimissam ob fornicationem non manere uxori emittentis. Ideo non solum significare separationem, sed eti

XXXVIII. Quod etiam conficitur his argumentis. Primo, quia Christus respondet Pharisaeis inquirentibus de diuotio, quod apud eos nullum erat, nisi vinculi. Itaque, aut Christus respondit ad eorum mentem, & idem diuotio intellexit, aut illius est periculosa homonymia, sive, ut vocant Jesuitæ, mentali æquiuocatione, quod est non tantum absurdum, sed etiam blasphemum. Deinde: Si de thoro tantum sermo, ridicula esset exceptio fornicationis, quia ne propter fornicationem quidem licet alteram ducere. Quia ipsa Papistarum doctrina sufficit argumentum tertium, cum docent ob alias causas posse thorum solui, unde fallum esset enunciatum, non licere dimittere vxorem, nisi propter fornicationem, quia licet, exempli gratia, propter voluntatem consensu.

XXXIX. Respondet ad prium, Pererius: Duplicem fuisse Iudeo-
rum in dimittendis uxoribus consuetudinem, & utramque malam, & quod
dimitterent ob quamcunque causam, & quod iis dimissis alias ducerent.
Vtramque damnavi a Domino, & corrigi. Primum per haec verba, Qui dimis-
serit, nisi ob fornicationem, moechatur, alteram per ista. Et qui dimissam duxerit,
moechatur. Bellarminus: Illud, nisi ob fornicationem, vel exceptiu dicunt, vel
negatiue, si exceptiu negat consequentiam. Nam, quia in dimissione per-
fecta duo continantur, dimissio unius, & potestas ducenti aliam: Dominum
haec separasse, & dimissionem concessisse cum exceptione fornicationis, alte-
rum vero omnino sustulisse. Sin autem negatiue, concedit loquutum Christum
de dimissione, quoad vinculum, sed non concessisse dimissionem hanc
in causa fornicationis. Negat enim licitam sine causa fornicationis, at non
dixisse licitam, si adit fornicatio.

XL. Sed Pererius quidem nugatur, neque soluitur argumentum. Nu-
gatur, cum tanquam duo distinguit, quae non erant, nisi unum. Etenim om-
nis prioris matrimonij dissolutio, eisipso, quod dissolutio erat, inferebat po-
tentiam secundarum nuptiarum, quomodo ipsi Papistæ concedunt in di-
uortiis infidelium. Et omnis libertas id habet, ut a domino abstrahat, &
potentiam inducat oppositam priori seruituti. Deinde nulla solutio est:
Nam manet quæstio, quo sensu repudium, sive *κατανοση*, nominetur: Pha-
risæi quærebant, liceretne dissoluere? Christus respondit: Non licet, nisi
propter fornicationem. Velfalso, vel *απορηση*: nisi potius veteratores
sint Papistæ. Si enim cum Papistis solutionem intellexit solius thori, non ita
interrogabant Iudei, & Christus abusus est eodem vocabulo in aliud sen-
sum, iis non monitis, quod Sophistarum est. Sin autem intellexit cum Iu-
deis, falsum necesse est dixisse, iudicibus Papistis. Itaque Pererius non
soluit.

XL I. Anigitur Bellarminus? Nos vero negatiua illam interpretatio-
nem iam explosumus: & ostendimus, non tantum significari, non licere di-
mittere sine causa fornicationis, sed etiam licere propter fornicationem. At-
que adeo nunquam quenquam bene sanum sic loquutum esse. Non licet si-
ne fornicatione, ut fornicatione posita, licere non crederet. Restat ergo sensus
exceptiu. Sed hic incidit in solutionem Pererij, itaque non alteri iudican-
dus. Et vero Alphonius de Castro homonymiam non poruit negare, *Iudeis*
Christus loquens, cum abiicere vellet libellum repudij, qui in veteri lege erat pre-ceptus, ius est verbo dimissionis iuxta sensum, in quo Iudei capere solebant, cum autem post abrogatum repudium veteris legis, statuit diutorium iuxta legem
Euangelicam, non vititur illo verbo, ut significat dimissionem quoad vinculum,
*sed solum quoad thorum. Quæ ipissima est mentalis æquuocatio tanto-
pere Jesuitis probata, ut interroganti, an hac fur transferri, responderi pos-
sit, non transiisse hac, ita ut cum ille de via interroget, tu de manica respon-
deas.*

XL II. Ad secundum Bellarminus: Dominum respondit Pharisæis, qui
venerant tentatum, præcisè ad interrogata. Quæsi hos, an licceret dimitte-
re quæcumque causa, quoad vinculum, illum respondit, non licere quacumque
ex causa, quia non licet dimittere non fornicariam, & aliam ducere, id
quod tam perficie verum erat, ut nullo modo negari posset. Vtrum autem
licet dimittere fornicariam, quoad vinculum, & aliam ducere, aperte dice-
re noluisse, quia altius, quam ut ab eis capi posset, & quanquam facile intel-
ligendum ex iis, quæ dicta erant de prima institutione matrimonij, tamen
voluisse, ut colligerent à scipsis potius.

XL III. Varie peccatur: Primo, Christum respondit, non licere dimitti-
ti non fornicariam, falsum, respondit enim, non licere dimitti, nisi fornicari-
am, magno discrimine, quia, si illud dixisset, non posset inferri, licere forni-
cariam dimitti, sed, qui hoc dixit, necessario ponit licere. Itaque non poruit
argumento Bellarminus satis facere, nisi pro mente Christi, suam mentem
substitueret. Secundo: Falsum, illam mentem tam perspicue veram esse, ut
contradicte non potuerit: nam contra Iudei, aliter erant edocti, & quotidie
visurabant, atque adeo contradicentes obiecserunt Mosen, qui permiserat,
non fornicariam dimitti, & ea dimissa aliam ducere. Tertio, falsum, non
aperte definisse, utrum licet fornicariam dimittere, quoad vinculum. Nam
docuit aperte licere *λόγοις*, quod est dimittere, quoad vinculum, ut proba-
vimus. Quarao, ex institutione coniugij, nec minus negatur dimissio quoad
thorum, quam quoad vinculum, & æque concluditur dimissio, quoad vin-
culum, quam quoad thorum, utraque enim contra naturam coniugij, & qui-
dem ex doctrina Papistarum, dimissio thori: nam illi de copula carnali intel-
ligunt, *Erunt duo in carne una*.

XL IV. Sed hoc quartum parum refert, inquit Bellarminus: nam suffi-
cit testimonium ex Matth. 5. Quasi ex Matth. 5. magis eruas dimissionem tho-
ri, quam ex 19. In fidem! En pudorem! En religionem!

XL V. Ad tertium, Pererius: Licet nonnullæ sint aliae præter fornicatio-
nem cause soluendi coniugium, quantum ad thorum, illæ tamen genera-
les sunt & communes aliis. Causa vero ducta ex fornicatione, seu adulterio
alterius coniugis, propria est matrimonij, ut quæ per se, & proprie aduersetur
matrimonio.

XL VI. Atqu primo, quomodo aliae communes? Obscuræ enim hoc di-
ctum. Nam si hoc sensu, quod alia etiam vincula dissoluant, cur magis com-
munes quam fornicatio? Nam haec in iis est, quibus communionis Chri-
stianæ vinculum solui vult Paulus, prioris ad Carinthios quinto. Secundo,
cur haec peculiariter contra naturam coniugij? Aut cur non etiam odium?
Cum Paulus dicat ad Ephesios quinto, *Nullus unquam suam ipsius carnem
odio habuit*. Ettamen propter odium non datur solutio. Tertio, non satis-
fit argumento. Non enim queritur, utrum aliae sint causæ, vel propriæ, vel
communes, sed utrum aliae fuerint excludendæ. Ex constat non fuisse exclu-
dendas, nisi falsa sit Papistatum sententia. Porro Christus non dixit, licere ob
causam fornicationis dimittere, tum enim videri poterat non excludere
reliquas: sed diserte, non licere dimittere, nisi ob fornicatio-
nem, quæ phrasæ penitus excluduntur reliquæ causæ,
quicquid garniant Sophistæ.

CAP. XVIII.

Veterum testimonia.

I. Vid Patres? Origenes tractat. 7. in Matth. Scio quosdam, qui presunt Ecclæsiis, extra Scripturam permisisse aliquam nubere, viro priori viuente, & contra Scripturam quidem fecerunt, dicentes, Mulier ligata est, quanto tem-
pore viuis vir eius. Item, viuente viro, adultera vocabitur, si facta fuerit alteri viro. Non tamen omnino sine causa hoc permisissent, forsitan enim propter huiusmodi infirmitatem incontinentum bominum, peiorum comparatione, quæ mala sunt permisissent, aduersus ea, quæ ab initio fuerunt scripta. Dico autem vobis, quoniam quicunq; dimisit uxorem suam, nisi ob causam fornicationis, & aliam
duxerit, moechatur.

II. Sed hunc locum sibi Papistæ vendicant, quia eorum Episcoporum
Origenes factum improbat. Ego vero non putem, quicquam certi statui
poste. Non enim constat, quid sit, aut quomodo factum. Potuerunt enim iij, quibus permisisse sunt secunda nuptia, priores coniuges dimittere castas, po-
tuerunt adulteras. Si castas, merito reprehensi sunt Episcopi ab Origeni, in
adulteras, immerito. Et quidem ex serie verborum existimatim castas fuisse
dimissas. Non tantum, quia factum damnavit Origenes, sed etiam, quia hoc
exemplum tum temporis propositum, cum de exceptione fornicationis nihil
esset actum, sed cum Christus proposuisset naturam matrimonij. Sed esto
tamen res iij medio.

III. Laetantius Epitomes cap. 8. *Sicut fæmina castitatis vinculis obligata est, & ne aliud concupiscat, ita vir eadem lege teneatur, qua Deus & viro uxorem unitus corporis compage solidauit. Ideo præcipit non dimitti uxorem, nisi criminé adulterij denicitam, & (lego, ut) nunquam coniugalis fæderis vinculum, nisi ruperit, resoluatur. Institut. 6. cap. 23. Adulterum esse, qui à marito dimisit duxerit, & eum, qui præter crimen adulterij uxorem dimiserit, ut alteram ducat.*

IV. Salmero in posteriori loco exceptionem adulterij vult referrantum
addimissionem, & prohiberi absolute, alteram duci. Priorem vero recte exponi, si dicater vinculum fæderis coniugalis rumpi, quando fides pœcta &
promissa frangitur, & violatur, per quam violationem fiat, ut corpus inno-
centis, non fit illi amplius obnoxium. Nihil tamen decerni, an adulteria di-
missa, possit denuo alteri copulari.

V. Sed omnem audaciam superat haec audacia, quæ discripit in duas, v-
nam hanc sententiam, *Qui præter crimen adulterij uxorem dimiserit, ut alteram ducat.* Durum erat etiam copulam connexuam sic distractare, sed longe
durius, causalem hic usurpatam ludificare. Nam haec manifeste subalternat
partes partibus, ut aliud sit dimittere priorem, & aliam ducere, aliud dimis-
tere priorem, ut aliam ducas. In altero loco, non minus mira sophistice,
distinguunt in coniugio thorum, & vinculum, & negant vinculum solui, thoru-
rum concedunt, nunc Laetantius pronuntiat coniugalis fæderis vinculum
resolui, isti volunt intelligi coniugalis fæderis thorum resolui. At hoc si est, &
boni viri, cur thorum distinguunt, & vinculum? An id vobis iuris Romanus
tribit Monarcha, ut cum voleris, thorus sit thorus, vinculum sit vinculum, &
rurus cum voleris, thorus sit vinculum, vinculum sit thorus? An vos potius
cogit evidentiæ rei vestram reuocare tam curiosam, tam auxiam distinctionem,
ociosam magis, quam speciosam, & nunc fateri nobis solium tum separari
thorum, cum resoluitur vinculum, sed etiam, tum solui vinculum, cum sepa-
ratur thorus? Acquiescamus, neque aliud volumus.

VI. Basilius regula 73. *Οποδεισθε τοι γαμον δον γυναικον, η γυναικα, δον αι-
δηρος χριστου ει, μη ουτη πορνεια, ει αιδηρα, η ει των θεοστοιχων και λεπτων: Non
licere coniugatum ab uxore, aut uxorem a viro separari, nisi quis coniunctus sit
adulterij, vel sit ad pietatem impedimento. Idem ad Amphilochium Epistolæ 1.
Canon. 9. *λογος ανθρωπος την Εκκλησιαν δον φασιν εις, και αιδηρος, και γο-
ναιξι την της περιουσιαν αντανακλανται εις την Εκκλησιαν: Consentaneum erat, ut secun-
dum sententiam Domini, aquabiliter, tam viris, quam mulieribus, scortationis
causa matrimonium dissolueret. Nota αινοι γαμοι, & memento magnum in co-
vocabulo anquisitum in ysterium à Turriano.**

VII. Salmero respondet, Basilius primo, non dicere, quod licet inno-
centi coniugi nouo matrimonio copulari, deinde, in de Virginitate aliter sen-
tire, tertio, in illa ipsa regula addere, non licere uxore dimissa, aliam ducere.

VIII. Sed Basilius diserte dixit, licere à matrimonio discedere. Atqui, vel
ipsis Papistis testibus, thorus non est matrimonium, sed vinculum, itaque,
etiam separato thoro, pronunciant mulierem esse dimissi uxorem, & virum
dimissæ maritum, quæ ne imaginari quidem potuit quisquam, nisi durante
matrimonio. Quare, qui discedere permittit à matrimonio, amplius signi-
ficat, quam discedere à thoro. Atqui, si solutum sit matrimonij vinculum, ne
ipsi quidem Papistæ negant, posse nouas iniurias nuptias. Alibi autem sensisse
aliter non compero. In de Virginitate lego Basilius viros dehortari, ne cum
Virginibus Deo dicatis coniugia in eant, vsum hac matrimonij allegoria, in
quo adulteria dicitur, quæ viuente marito alteri copulatur. Sed facile intelli-
gitur, non accedente legitima dissolutione, id est, propter scortationem, de
qua verbum nullum. Idem iudicium de additione ad regulam: nam cum pos-
sunt sit, non licere discedere, nisi propter fornicationem, facile subinferitur,
non licere dimissam coniungi alii viro, nimurum, seruata eadem exceptione.

IX. Nazianzenus orat. 31. quæ est in dictum Euangeli: *Cum consummas-
set Iesu hos sermones, ο μηρος τη πατησι αι νεαντον δον εις ειδωσι. Χριστος δι-
ζε τη πατησι αι νεαντον, αιδηρα συνχρονη μηνον και ειδωσι, ειδωσι της περηνης, της αιδηρα πα-
τησι φιλοσοφη, και λεπτων, Enimvero lex omnes ob causas libellum dat repudij: at
Christus non ob omnes, sed ab impudica tantum, & adultera uxore viro separare
permittit.*

X. Ambrosius 1. ad Corinth. 7. *Et virum uxorem non dimittere. Subaudi-
tur autem, excepta fornicationis causa. Et ideo non subiecit, dicens, sicut de mulie-
re, quod si discesserit, manere sic: quia viro licet ducere uxorem, si dimiserit uxore
peccantem, quia non ita lege constringitur vir, sicut mulier.*

XI. De Ambrosio excipiunt, non esse hanc eius sententiam. Primo, te-
stibus Lombardo, & Gratiano, haec esse à falsariis & hereticis addita. Secun-
do, hos Commentarios non esse Ambrosij. Tertio, ipsum Ambrosium con-
tra docere, nempe Commentarius in Lucam.

XII. Sed Lombardi Gratianique conjectura nihil dilutius. Quid enim
non

LIBER DECIMVS OCTAVVS, CAP. XVIII.

349

Bon p̄fumptum sit amoliri , si hoc concedatur? De autore sc̄io dubitari inter doctos , & hanc ego litem meam non facio. Certe Sixtus Senensis , Bibliotheca lib.4. in Ambrosij operibus numerat , In omnes Pauli Epistolas libros quatuordecim breves quidem in verbis , sed sententiarum pondere graves . Cuiusunque opus sit , parum interest , dummodo senserit cum Scriptura. Nec vero ipsi Papistæ numquam eius vrantur autoritate. Illud non dissimulandum , iniquorem esse in sexum foeminarum , atque abire à recto , cum his non vult idem licere. Ambrosium contra sentire , falsum est , nam qui diuortium disfluadet (& disfluadere vidimus) non contradicit afferentibus post legitimum diuortium licere iterum nuptias celebrare.

XIII. Chrysostomus in I.ad Corin. homil. 19. causam explicans, quare diuinctum permittatur ob fornicationem, non vero ob idolatriam: *ἐν
εἰσπόμενοι εἰς τὸ δέσμοντος μέσον τοῦ γάμου εἰσερχομένοις
διακρίνεται: Quoniam hic spes reliqua est, posse per coniugium seruari partem
perirent: ast illic, iam solutum est matrimonium: πάλιν εἴη μόνον τούς πορ-
νειαν οὐνογενεῖς: εἰν αὐτῷ, τούτῳ δὲ καὶ εἰσερχολογεῖται γάμος, Εἰδῆς τοι διαφο-
ρά διαδικούται, Præterea illic quidem post fornicationem maritus non est mari-
tus, hic autem mulier licet sit cultrix idolorum, non amittitur ius mariti. Nota.
solutum est matrimonium, & marius non est maritus.*

XIV. Filarius in Matthæum canon. 4. Cum lex libertatem dandi repudij ex libelli autoritate tribuisse, nunc marito fides Euangelica non solum voluntatem pacis indixit: verum etiam reatum coacte in adulterium uxoris imposuit, si alij ex discessione necessitate nubentur, nullam aliam causam desinendi à coniugio prescribens, quam quæ virum prostituta uxoris societate pollueret.

XV. Epiphanius contra Catharos, τέστε δὲ τῷ λαῷ οἱ αὐθένται ἀρχαῖς
ζητῶσι, καὶ μὲν διαδείπνους εἰπεῖ τοῦ πατρὸς ταῦτα γράμματα σύντονα, διατίκα μὲν ἡ πατρὸς τῆς
πεποιησμένης οὐαφθίων εἴδη μὲν εἰχεῖς εἰναι μετὰ τοῦτον τοῦ πατρὸς πε-
ποιησμένης εἴναι τοῦτον. Καὶ δὲ τὸν διανηθεῖς τῷ μητρός αρχαῖαν πελάστησιν
(hic inservit particulam; alioquin non congruet oratio) ἐπέκειν τῷ πατρῷ αρχαῖαν
πορείαν, οὐ μηχαῖον τούτης χειροτομήθυμόν είναι, ουασι δέ τοι διατέλε-
γωνται, οὐ γάρ (potius γάρ αὐτῷ) διατέλεσαι δέονται, τοιούτοις διατέλεσαι λόγοι. Καὶ δὲ
διατέλεσαι εὐκληπτος τοῦτος ζωὴς διποκηντήτης, ἀλλὰ ἀρχαῖος οὐδὲ πάθεις, οὐχ
ιαδούσας γενναῖς εἰναι τὸ αὐτόχθον τούτους της μιᾶς, αὐτὸν μηδὲ διποκηντήτης,
διατίκα εἰ τυχεῖ σύνθρονος (sic corrigo quod erat εἰ τύχειν ὕμων) ουαφθίων. Ιετεῖ
τύποιού τοῦ λόγου, οὐδὲ οὐδὲ τούτοις εὐκληπτοῖς, μάλιστα εἰ συγχρειτούσι τούτους τη-
μάτια σύλλαβον, οὐδὲ τὸν μεταφοράν πολιτεύομέν τοιούτοις: Licit populo propter infirmi-
tatem tolerari, & iis qui non possunt in prima uxore subsistere, secunda post prioris
mortem copulari. Et is quidem qui unicam habuerit, maiori gloria est apud omnes Ecclesiasticos. Cui autem una illa mortua, vel aliquam ob causam, ut scortationis, adulterii, aut gravis criminis facto diuortio, satis esse non potuit, hunc copulatum secunda uxori, vel mulierem secundo viro, non culpat verbum Dei, neque
exulare inebet ab Ecclesia, aut vita, verum tolerat propter infirmitatem, non ut
habeat simul duas uxores adhuc superstite illa una, sed ut ab una separatus, se-
cunda, si contingat, lege copuletur, diuina Scriptura, & Sancta Dei Ecclesia eius
misericordia, maxime, si sit in reliquis pius, & secundum legem Dei vivat.

XVI. Theodoretus Therapeuticorum 9. comparans leges Christi legibus Platonis, & deinde iugis nuptiis suis ait: *αὐτοῖς οὐκεὶ ταῖς αἰώνιοις οὐκινάσταις εἰσουσθίσιτος γυναικῶν· ὁ δὲ τὸ φύσεως γυναικός, ἐπειδὴ καὶ δημιουργός τῶν αἰθρῶν τῶν Φυσιῶν, οὐκέτε αρχῆς αὐθόρα καὶ μισθίου γυναικαῖς διέπολετο, καὶ τὸ Διέλευνον αὐταρχεῖν τὸ γάμον, μισθὸν ἢ μόνιν αὐθορμίων Διογένεως ἀδεικνεῖ τὸν αἰλιγόν Διέλευτον τὸν ξύλογον. Πᾶς γάρ, Φιλονίος ἀπολύτων τῶν γυναικαῖς αὐτοῖς παρεξεῖτο λόγον πορεύεται, ποιεῖ αὐτῶν μηδεὶς διῆγει. καὶ ὁ ἀπολελυμένος γαῖαν μεταχειρίζεται Διέλευτον παῖδας Φερεύν κελεύει, τὰ τῆς γυναικός ἐπαπήγαγε, καὶ τὸν λάθον, καὶ τὸν μεθοντὸν, καὶ τοὺς εἰς λοιδέρων πεφεγμένους. εἰ δὲ τὸ γάμος τὸ Διέλευσις τὸν νόμον καὶ τὸν ἔπειρον ίδει, τῶν πατέρων κελεύει τὸν ξύλογον. Ille quidem impune ac licenter alienis uxoribus admisceri instituit. At humanae naturae opifex, qui eam ipse effinxit, unumque ab initio virum mulieremque unam plasmavit, has dissolui nuptias vetuit. Vnam vero copulam huius disoluenda occasione proponuit, qua penitus nuptialis distractaberetur coniunctio. Inquit enim, Omnis, qui dimittit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam mæchari, & qui dimissam duxerit, adulterat. Quibus sane verbis catena uxoris virtus aquo animo ferri iubet, seu loquax sit illa, seu temulenta, seu conuicta. Si vero nuptiarum leges transiliat, in aliumq[ue] virum procax intendat, tunc denia, cobulam solvi iubet.*

XVII. Græcis omnibus candem mentem esse testis est mihi Benedictus Iustinianus, commentariis in 7.ad Romanos. Præterea (quod magis mirandum est) Græcorum consuetudo, etiam nunc in lege Euangelica, propter fœmina adulterium ita diuorum probat, ut innocentias esse putetur secundum initre communib; quod quidem simpliciter licere plerique canones apud Burcardum indicare videntur.

XVIII. Concilij Arelatensis primi Canon 10, *De his qui coniuges suas in adulterio reprehendunt, & iidem sunt adolescentes fideles, & prohibentur nubere*, placuit, *ut in quantum potest, consilium eis detur, ne viuentibus uxoribus suis, lices adulteris, alias accipiant*. Hic Salmero consilium pro quavis exhortatione.

tione accipi, idque satis insinuari, dum ait, prohibentur nubere. Esto vero, inquam, quilibet exhortatio, dum ne sit lex. Nam hic legem non esse, illa ostendunt, in quantum potest, non enim sic solent ferri leges, illud prohibentur, corruptum possit esse, pro quo si responas perhibenur, facili flexu, nihil est obscuri, nisi forte quis malit sensum esse, placere non mollius agi cum his, ut qui ante prohiberentur nubere, deinceps tantum adnoveantur non nubere. Quod non placet, quia constat in aliam potius partem peccatum, ex licentia legum poliricarum.

XIX. Concilium Veneticum cap. 2. *Eos quoque, qui relictis uxoribus suis, sicut in Euangelio dicitur, excepta causa fornicationis, sive adulterij probatōne, alias duxerint, statim à communione similiter arcendos, ne per indulgentiam nostram permitta peccata, alios ad licentiam erroris insipient.* Salmo negat quicquam determinari in causa probati adulterij. Namrum illi neficiebant, quomodo exceptionibus vtendum, quæque illarum vis esset. Non meretur hoc somnium sèpius refutari. Inter ea obscuria non dictum, eos qui excepta causa fornicationis uxores dimiserint, & alias duxerint, quod Sophisti in Euangelio arripiabant tanquam *eueros*, vt non tam distinguerent, quam membra distraherent; sed eos, qui relictis uxoribus, excepta causa fornicationis, alias duxerint, vnde apparet, non illud tantum, relictis uxoribus, sed illud etiam, excepta fornicationis causa, pertinere ad vitrumque membrum. Et nota id est. *Sicut in Euangelio dicitur*

X X . Concilium Triburicense cap. 41. Si quis legitimam duxerit uxorem, & impendiente quacunq; domestica infirmitate uxoriuum opus non valens implere, frater vero eius, suadente Diabolo adamatus ab ipsa clanculum eam humiliaret, & violatam reddiderit, omnimodo separarentur, & a neutrō viterius eadem mulier contingatur. Igitur coniugium quod erat legitimum, fraternalia commixtatione est pollutum, & quod erat licitum, illicitum factum est, ut Hieronymus ait. Mulier duorum fratrum non ascendat thorum, si autem ascenderit, adulterium perpetrabit. Quia vero humana frigilitas proculius est ad labendum, aliquo modo munietur ad standum. Iecirco Episcopus, considerata mentis eorum imbecillitate, post penitentiam sua institutione peractam, sese continere non possint, legitimo consoletur matrimonio, ne, dum sperantur ad alta sublevari, corruant in eum. Dicendum est, inquit Salmero, vel Concilium errasse, vel post perfectam penitentiam dispensare, ut possit adultere, cum libuerit, adultera, post mortem viri, ad noua nuptiarum vota transire. Sed peccatum facilius accusare potest Salmero, quam probare. Dispensationem, quo sensu nominat? Nam memini ante à nobis obseruatam dici exceptionem à lege, vel generalē, vel particularem. Si generalem, quid promouet? Nam hoc est, quod volumus, nempe ab ordine eorum, qui post repudium prohibentur nubere, excepti eos, quorum solutum est matrimonium propter adulterium. Sin autem particularem, contradicit Canoni si quis, non significat ullum individuū certaque personæ priuilegium, sed legem pertinentem ad plures.

X XI. Ex Triburienti Concilio recitat Gratianus, causæ 32. quæst. 7. Canonem, *Si quis cum nouera sua dormierit, neuter ad coniugium potest pervenire; sed vir eius potest si vult aliam accipere, si se continere non potest.* Similiter *si quis cum filia istra sua, vel cum sorore uxoris sua dormierit, obseruandus im est.* Item ex alio quodam Concilio, *Quædam cum fratre sui viri dormiuit, de cœtum est, ut adulteri nungquam coniugio copulentur. Illi vero, cuius uxor superata est, licita coniugio non negentur.*

XII. Habetidem ex Zacharia Papa, *Concubuisti eum sorore vxoris tue? Si fecisti, neutram habeas, & si illa, qua uxor tua fuerit, conscientia seculoris non fuit, si se continere non vult, nubat in Domino cui velit.* Hic Salmero longum textit sermonem de dispensationibus, & concludit Zachariam dispensabilem cum vxore huius incestuosi. Sed Salmero diuinat, præter contextum canonis, qui proprie & per se agit de ipso incestuoso, devxore autem per accidens, tum autem absq; causa cognitione, quod colligitur ex illo, *si se continere non vult*, quo constat incertum fuisse Zachariam de voluntate mulierculæ. Illud ergo potius verum, pronunciasce Zachariam, quid sibi videtur juris esse: nempe incestuoso prohibendas in perpetuum nuptias, quod ne Salmero quidem ignorat, multis visum esse æquum statui de fonte: at vxori castæ permitendas.

X III. Denique Augustinus, quo nemo disertius aut prolixius aduersus sententias est sententiam, significauit tamen ipsum sibi non satisfecisse. Retractat. 2. cap. 57. Scripti duos libros de coniugis adulterinis, quantum potui secundum Scripturas, cipiens soluere difficilimam questionem, quod, utrum enodatisse fecerim, nescio, immo vero non me peruenisse ad huius rei perfectionem sentio, quamvis multis sinus eius aperuerim, quod iudicare poterit quisquis intelligentier legit. De Fide & Operibus cap. 19. Quisquis uxorem in adulterio deprehensam dimiserit, & aliam duxerit, non videtur & quandus iis, qui excepta causa adulterij dimittunt, & ducuntur. Et in ipsis diuinis sententiis ita obscurum est, ut
trum & iste, cui quidem sine dubio adulteram licet dimittere, adulterium habeatur, si alteram duxerit, ut quantum existimo, ve-
niat ibi, nisi si & utrum.

FINIS LIBRI DECIMI OCTAVI

G g

LIBER